



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

... Hic Tomus Quartus Allegoricis Expositionibus Et Qvæstionibus Vtrobique
Salvberrimis Tractat

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

In Genesim expositio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72011)

EXPOSITIO VENERABILIS BEDÆ IN PRIMUM LIBRUM MOSI, QUI dicitur Hebraicè Beresith, Græcè autem Genesis.

CAPIT PRIMUM.



In principio creavit Deus Cælum & terram. Utique non in principio temporis: Deus enim fecit tempora. Et ideo antequam Deus faceret tempora, non erant tempora. Nō ergo possumus dicere, quomodo Deus nondum aliquid fecerat. Principiū igitur Christus est, qui in Evangelio dicit: Ego sum principium, qui & loquor vobis. Propter ea autem cōmemoratio filii hic non ita fit, quia Verbum est, sed tantum quia principium est. Exordium quippe creaturæ insinuat adhuc imperfectæ. Fit autem filii commemoratio, quia verbum est, in eo quod scriptum est, dixit Deus: Fiat: quia perfectio creaturæ ibi insinuat. Quod ergo dictum est, In principio creavit Deus cælum & terram: materiam totius creaturæ ostendit, rationalis & corporalis, id est, angelorum & huius mundi. Uterque igitur fecit Deus, materiam & formam: sicut vox & verbum simul fit, quamvis vox prior sit origine. Denique scriptura ait, Qui fecisti mundum de materia informi. Sed materia facta est de nihilo: mundi verò species de informi materia. Proinde duas res ante omnem diem & ante omne tempus condidit Deus, angelicam videlicet creaturam, & informem materiam: quamvis enim vivit in æternū, creavit omnia simul: sed tantum ut prædiximus, originem materię informis formatam speciem sicut vox verbum antecedit. Itaque non omnia ex nihilo fecit Deus: sed quædam ex nihilo, quædam ex aliquo condidit Deus. De nihilo mundum & Angelos & animas: ex aliquo, hominē & pecora, & ceteras creaturas. Hæc juxta historiam spiritualiter autem in hoc principio Christo fecit Deus cælum & terram, id est, spirituales & qui cœlestia meditantur, & carnales qui terrena sapiunt. Sciendum est autem, quod apud Hebræos liber iste Beresith vocatur, ut voluminibus ex principis eorum nominantur. Paulisper ad exordium redeamus. Alii personam, locum & tempus huius sententię inquirent, & ita dicunt, quod spiritus per Moysen primo hanc loquutus sit. Prophetiæ autem genera tria sunt, Prophetiæ de præterito, ut in principio creavit Deus cælum & terram, & reliqua. De præterito, ut sedens Christus ad dexteram Dei patris. Dicitur de futuro, inde venturus est iudicare vivos & mortuos: & reliqua. In principio creavit. Alii ducunt hoc principium ad principium creationis omnium, dum nihil ante hæc duo creatum est. Vel in principio temporis, quia tempus, donec cælum & terra facta sunt, non reputabatur. Vel in principio principatus, dum cælum & terra in omnibus principatum tenent: sed sicut supra diximus, magis hoc de filio sentiendum est, multis confirmantibus testimoniis è quibus hoc est secundum Apostolum: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Et propheta dicit: In initio terram tu fundasti Domine, & opera manuum tuarum sunt cæli. Joannes quoque ex persona Christi dicit, Ego sum alpha & omega. Et, In principio erat verbum. Multa quoque testimonia de hac dictione dicta sunt in scripturis, quæ est, In principio: & reliqua. E quibus est in Propheta: Conteram caput illius in mari primo usque secundo. De hac etiam alius propheta dicit: Congregans sit in utre aquas maris. Et alibi: In capite libri scriptum est de me, de hac & Salomon dixit, Omnes torrentes in mare usque ab eis. Et hic commemorandum est quod dicitur, Ego sum primus & novissimus. Uterque hoc in

Principiū rerum quid

Creatura unde,

Moralis expositio.

Autor huius libri quis sit. Prophetiæ genera tria.

lege & in Apocalypsi continetur, ut dicitur Apocalypsis Iesu Christi, quam & Deus dedit ei. Creavit, quasi diceret, machinavit. Proprie enim creare abique materia dicitur: facere autem, de materia. Hic primo Deus inscriptione reperitur à Moysè dictus: sed à serpente prius dictus est, ut, Scit enim Deus: & reliqua. Cælum dicitur eo quod celat arcana: vel a celsitudine, vel à cœlatura, Terra autem, ed quod teritur. Quomodo autem cælum & terram creavit, alius demonstrat dicens: In principio creavit Deus cælum & terram, tanquam duplicem domum interfecto firmamento. Et alibi, Extendens cælum sicut pellem. Et, Extendens cælum sicut vestimentum, quasi cameram. De terra autem dicitur, quia fundata a situr Fundasti terram. Et in hoc cælum & terra differentiam habent, cum alterum extenditur, alterum vero fundatur. Et hæc alibi mutato ordine scripta reperimus, ut, In initio terram tu fundasti Domine, & opera manuum tuarum sunt cæli. Ex quo intelligitur, quia similia facta sunt. Quom autem hic cælum singulariter dictum sit, in multis scripturæ locis pluraliter cæli reperitur: ut est, Cæli enarrant gloriam Dei, &, Qui fecit cælos in intellectu, &, Benedicite Deum cæli Dominum, &, Laudate eum cæli cælorum. Cælum hic tunc cœleste dicitur, id est, pars pro toto. Cæli hic proprie dicuntur, quia multi sunt, ut, Scinditur agriculor cæli septemplex aether. quorum hæc sunt nomina, æther, olympus, spærium igneum, firmamentum, cælum angelorum, & cælum Trinitatis. Hieronymus autem em primo dicit cælum Trinitatis, secundo angelorum, tertio firmamentum. Hic autem sententiæ, quæ est, In principio creavit Deus cælum & terram, contrarium hoc videtur, quod dicitur, Quando feci cælum & terram laudaverunt me Angeli. Sed tamen non est contrarium, quia simul facta sunt omnia. Cælum autem & terra initium habent, & finem apud nos: apud Deum sine initio habentur, id est, in præsentia ipsius, more hominis arcem facientis. Multæ autem hæreses in hac sententiâ præcaverunt. Quia alii dicebant, cælum & terram sine principio fuisse, & non Deum: sed deos illa fecisse, & Deum antea non fuisse; & hæreses in hoc versiculo solvuntur. Hieronymus verò, de quibus hoc volumen sic revelat, dicent: Videlicet manifestissima est Genesis, in qua de creaturæ mundi, de exordio generis humani, de divisione terre, de consensione linguarum gentisque usque ad Ægyptum scribitur Hebræorum. Alii autem dicunt, in eo quod dicit, cælum & terram, animam & corpus, & novum & vetus Testamentum spiritualiter posse intelligi.

Terra autem erat inanis & vacua, & tenebra super abyssum. Quibus verbis videtur significare informitatem materię corporalis. Terra enim & aqua operantibus tractabiliora sunt ceteris. Abyssus illa nimirum est, in qua diabolus & angeli eius, qui in Evangelio designantur, quom dicitur: Et rogabant illum demonia, ne iuberet eas ire in abyssum. Inanis autem erat terra, quando non fuit qui habitaret, & incomposita, nondum à mari distincta. Spiritualiter autem terra, id est, caro nostra, erat inanis & vacua, priusquam doctrinæ acciperet formam. Et tenebra super abyssum: quia ignorantie profunda obscuritate caro nostra tegebatur.

Et spiritus Dei ferabatur super aquas. Superferabatur utique spiritus Dei non corporalibus locis, sed excellentia potestatis: quia subiacebat voluntati creatoris, quicquid formandum, perficiendumque inchoaverat. Hic sanè commemorata est Trinitas, dicente scriptura: in principio, id est, in filio fecit Deus, id est, Deus pater. Quod autem non statim post commemorationem Patris & Filii & Spiritus sanctus ponitur, sed interponitur terra & tenebra & abyssus & aqua: illud in causa est, quia sic debuit spiritus dei dominari, i. voluntas dei, ut essent alia, quibus superferretur, non loco, sed potestate: & quæ subiacerent voluntati creatoris. Non autem aqua sic appellata est loco hoc, ut hæc à nobis intelligatur, quam videmus & tangimus. Quomodo nec terra qualis illa quæ jam videri & tractari potest: & cæli & terræ nomine universa creatura significata est, quæ fecit & condidit Deus, idcirco autem nominibus visibilibus rerum hæc appellata sunt, propter infirmitate

Differen- tia inter creaturæ facere.

Cælum unde dicitur. Terra quare dicitur.

Abyssus que sit.

Quid firmamentum.

Aqua que sit.

parvulo-

parvulorum, qui invisibilia comprehendere non possunt. Non absurde autem aqua dicta est ista materia informis, cui superferrebat spiritus Dei: quia omnia quae in terra nascuntur, sive animalia, sive arbores, sive herbae, ab humore incipiunt formari, atque nutriri. Spiritus Dei superferatur super aquas. Utiq; super cor nostrum fluidum & tenebrosissimum, superferrebat spiritus Dei. Cujus flatu omnes vivificamur, & in quo subsistent es requiescimus. Ideo quod superferrebat spiritus Dei, & non inferunt vel susserunt, haesim praecaverit, ne non Deus major omnibus creaturis diceretur. Spiritualliter terra, Ecclesia intelligi potest: quae erat inanis, sine operibus bonis: & vacua, id est, sine praemis. Per tenebras, tenebrae ignorantiae & peccati. Per faciem abyssi, multitudo hominum: & per spiritum Dei spiritus prophetiae, qui superferrebat super aquas, hoc est, prophetas. Hoc quoque quod dicit, Spiritus Dei superferrebat super aquas: figurat spiritum S. deicernium super Christum de aqua baptismi in specie columbae. Haec quoque sententia in principio usq; super aquas, tres leges significat id est, naturae, & literae, & novi Testamenti.

Dixit Deus, Fiat lux: & facta est lux. Quomodo dixit Deus, per quam vocem, aut cui dixit, aut omne tempus? Dixit autem verbo sibi coeterno & incommutabili, non corporali (sono vocis, sed internis aeternisque rationibus). Spiritualliter autem facta est lux, cum dixit, Fiat lux: Angeli & virtutes coelestes, de quibus dicitur, Prior omnium creata est sapientia. Haec autem ipsa spiritualliter creatura caelum appellata est, cui dicitur est. In principio creavit Dominus caelum & terram. Ut quod dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux eandem ad se revocando creaturam convertio illius facta est: atq; illuminata intelligatur. Dixit Deus, Fiat lux: id est, creditur ista illuminatio in nobis appareat. Alij dicunt: illud quod dixit, Fiat lux: ad lucem pallidam pertinere, & verbum Dixit ad filium, & fiat, Deus vero, ad patrem. Aliter per lucem Testamentum novum, vel sensus spiritualliter intelligitur, qui a tenebris, à veteri Testamento, vel à litera dividitur. Aliter per lucem anima ostenditur, quae carne praetantior est, Per tenebras autem, caro cum suis vitiis: ut Apostolus ait, Scio quod non est bonum in carne mea.

Et vidit Deus lucem quia esset bona. Id est, beneplacuit ei. Et divisit Deus inter lucem & tenebras, & reliqua. Divisio quidem lucis a tenebris, distinctio formatae rei ab informi. Appellatio autem diei & noctis, distinctionis insinuatio est. Non autem dicitur, Fecit tenebras: quia tenebrae nulla creatura est, sed absentia lucis tenebrae nominantur. Quod autem dicitur, Vocavit lucem diem, & tenebras vocavit noctem, quia lingua vocavit: Vocavit autem dicitur est, quia voca- fectur, quia sic distinguitur omnia, ut discerni possent, & nomina acciperent. Vespera autem in toto illo triduo, antequam luminaria essent, consummati operis terminus non absurde fortasse intelligitur. Mane autem futurae operationis significatio. Dies unus. Fortassis hic diei nomen, totius temporis nomen est, & omnia volumina seculorum hoc vocabulo includit, Ideoq; non dicitur dies primus, sed dies unus. Allegoricè autem Divisit Deus inter lucem & tenebras, hoc est, inter peccatores recedentes à veritate, & iustos manentes in eadem luce. Quod non dicitur fecisse tenebras, ostendit se non operatorem esse malorum, sed ordinatorem meritorum. Vespera peccatum rationalis creaturae, mane renovatio illius significatur.

Et dixit Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum. Utrum nunc illud caelum fiat, quod excedit omnia aeris spatia, & in quo constituentur quarto die luminaria, an ipsa aer vocetur firmamentum, merito quaeri potest. Multi enim asserunt, aquarum naturam super sidereum caelum esse non posse: eo quod sic habeant ordinatum podus suum, ut vel super terram fluitet, vel in aere terris proximo vaporalliter circulerentur. Quidam his consentiens, ostendit hunc aeternum caelum appellari: sicut communi sermone dicimus serenum caelum, nebulosum caelum, Et scriptura aves caeli vocat, cum aves in aere manifestum sit volare. Firmamentum vero appellari, quia intervallum illius dividit inter quosdam vapores aquarum, & istas aquas visibiles quae in terra fluitant. Nos vero quomodo, vel quae aqua ibi sunt,

esse has super summum caelum minime dubitemus. Major est quippe scripturae hujus auctoritas, quam omnis humani ingenii capacitas. Cum sciamus autem, quod non toties dixit Dominus, fiat illa vel illa creatura, quoties in hoc libro reperitur, dixit Deus, Fiat. Unum quippe genuit verbum, in quo dixit omnia, antequam essent. Sed scriptura quasi parvulis loquitur, dum insinuat uniuscujusque generis aeternam rationem verbo creatam Dei. Cui autem audivimus, Dixit Deus, Fiat: intelligimus, quod in verbo erat ut fieret. Quum vero audivimus, & sic factum intelligimus factam creaturam, & non excessisse terminos praescriptos in verbo Dei. Quum vero audivimus, Et vidit Deus quia bonum est: intelligimus in benignitate spiritus placuisse, ut maneret factum, quod placebat ut fieret. Quum autem addidit, Et fecit Deus: & cur in creatione lucis non dicitur est, Et fecit Deus? Quia primo die, quo facta est lux, conditio spiritualliter creaturae intimatur, in qua natura intelliguntur: sancti Angeli & virtutes. Et propterea non repetunt, quia non primo recognovit creatura spiritualliter, & formatione cognovit: hoc est, in illustratione veritatis, ad quam conversa formata est. Caetera vero ita creantur, ut prius fiant in cognitione rationalis creaturae, ac deinde in genere suo. Et ideo dicitur, facta est terra: hoc est, in cognitione spiritualliter creaturae, ac deinde repetitur. Et fecit Deus: hoc est, in suo genere. Dissidere autem de caeli figura, utrum desuper operiat terram, an undiq; circumdet velu: sphaera, ad opus hoc non pertinet. Allegoricè autem Fecit Deus firmamentum in medio aquarum, & divisit terra aquam & aquam: i. soliditatem sanctarum scripturarum, et discrete super hoc firmamentum aquas, virtutes coelestes, de quibus dicitur: Aqua quae super, usque Domini: quia scriptura non indiget semper Deum videntes. Et hoc possunt firmamentum super inferiores populos, qui scripturae intelligentiam habent. Non incongrue quoque & homo noster interior caelum appellatur, sicut in Evangelio: Fiat voluntas tua, sicut in caelo & in terra. Quod firmamentum appellatur propter aeternitatem, quodque debet discernere inter spiritualia & carnalia, quasi inter aquam & aquam. Alii dicunt, etiam firmamentum pro omnibus caelis dici. In medio aquarum, qui super firmamentum aquae sunt, ut angelis divinitate temperent, ut angeli sustinerent vultum Dei, ut Origenes dicit. Aliter per firmamentum Ecclesia in medio aquarum, i. inter duas leges intelligitur: vel inter sanctam doctrinam & haesim, quae aquas ab aquis dividit, id est, novum à veteri, vel sanctam doctrinam ab haesi. Divisitq; usque sub firmamento, id est, vetus & haeresis sub Ecclesia sunt. Novum autem, & sancta doctrina super Ecclesiam sunt. Vocavitq; firmamentum caelum, i. Ecclesiam à celsitudine. Per firmamentum quoque sensus prudentiae perfectus demonstratur: qui & ipse sensus à celsitudine caelum dicitur, ut dividat aquas ab aquis: id est, actualem & theoreticam discernat. Actualem sub se, theoreticam vero supra se.

Et factum est vespere & mane dies secundus. Ita haec quoque repetuntur, sicut superius intelligenda sunt.

Dixit vero Deus, Congregentur aquae quae sub caelo sunt, & reliqua. Quidam dicunt, si totum plenum fuit aquis, quomodo poterunt aquae in unum congregari? Sed jam supradictum est, nomine aquarum materiam appellatam, unde erat Deus omnia formaturus. Ipsa autem congregatio aquarum in unum, ipsa confirmatio est in illam formam quam videmus. Apparet arida, ut illa materies accipere visibilem formam, quam nunc habet terra quam videmus. Allegoricè autem collegit in unum aquas inferiores, hoc est, infideles homines, qui impetate cogitationum carnalium quatiuntur. Segregavit ab illis aridam, populum scilicet fontem vitae sitientem. Possimus quoque, aquas istas peccata intelligere, quae sub caelo sunt, hoc est, subjacent rationi nostrae. Quae si separata fuerint, tunc arida nostra non erit arida, sed fructifera. Congregatio aquarum maria dicitur, id est, pro magnitudine: quia mare quasi magnum intelligitur, vel de amaritudine dicitur mare. Et ideo congregatio aquarum maria appellatur, quia omnis aqua magna, apud Hebraeos mare vocatur. Congregentur aquae in locum suum, id est, peccatores & haereticos in infernum,

Lux spiritualliter.

Vespera.

Dies.

Quid sit firmamentum.

Mare unde dicitur.

quia

quia pro amaritudine peccatorum matia dicuntur: Et apparet arida, hoc est, Ecclesia.

Et dixit Deus: *Germinet terra herbam pabuli, & reliqua usque dies tertium.* Quoniam distincta est creatura herbarum atque lignorum à specie terræ & aquæ seorsum. De illis dicitur, *ut exirent de terra seorsum illis reddita & solida.* Et factum est sic. Et vidit Deus, quia bona sunt: tamen quia fixa radicibus connectuntur terris, ad eundem diem voluit pertinere. Hic autem solent hæretici dicere: si Deus iussit nasci herbas & ligna, qui iussit spinosa vel infructuosa ligna? Certè ante peccatum hominis, non est scriptum quod terra protulerit illa venenosa vel infructuosa. Ergo maledicta terra per peccatum hominis, spinas & tribulos germinat. Non ut ipsam penam sentiret terra germinans propter crimen humanum, sed ut in hoc semper haberent homines penam: herbarum autem venenosarum ad penam vel ad exercitationem mortalium creatæ sunt. Spiritualiter autem, postquam coeçet Deus superbos intra fines debitos, germinat populus fidelis fructus diversos bonorum operum secundum genus. Diligens proximum subsidiis carnalibus, habens in se semen secundum similitudinem, ex sua inimitate compatiatur infirmis, producens lignum forte robore, fructiferum, beneficium. Potest & uniuersisque in se germinare herbas utiles, & ligna fructifera, cum virtutes varias habuerit.

Spinæ & tribulos quare terra producat.

Et dixit Deus: *Etiam duo luminaria in firmamento caeli, ut luceant super terram & reliqua usque dies quartus.* Quid sibi vult, quod prius terra germinaret, quam in caelo fierent luminaria? Supra dictum est, quia lucis nomine spiritualis creatura dicta est prima die formari. A die secunda pars mundi huius sublimior, id est, caelum formatur. Terra die terra cum herbis & lignis, quia etiam moventur ligna & herbarum per incrementum, radicibus tamen fixa sunt terris: ac per hoc non terra prius recepit ornamentum, sed caelum. Prima enim dies deputatur spirituali creaturæ: secunda & tertia mundo illi visibili, propter duo maxima elementa, id est, caelum & terram: quarta verò die in caelo luminaria: & sicut prius caelum factum, ita prius ornatur. Illud autem quod dictum est, *ut sit in signa, & in tempora, & in dies & annos:* quam obscure positum quarta die tempora cepisse, quæ superius triduum sine tempore potuerit pertinere. Aut quali potuisset esse tempus ante sidera, quum dies, & horæ, & anni, & menses sideribus distinguantur. Sed supra diximus, quia noctem propter consummatum opus, & diem propter aliud opus inchoandum vocer: incertum est, utrum ad omnia sidera pertinet quod dictum est, *Sint in signa, & tempora, & in dies, & in annos:* an signa & tempora ad cætera, dies verò & anni ad solem tantum. Multi autem qualis luna sit facta, loquacissimè inquireunt, utrum plena, an prima creata sit, quod ad hoc opusculum non pertinet. Spiritualiter autem sunt in firmamento luminaria, sicut etiam Doctores in scriptura proficientes, & inferioribus lumen scientiæ demonstrantes. Diversitas autem uiderum, diversitas est gratiarum. Possumus quoque & de nobis ipsis habere luminaria. Studeamus nos effici caelum, habeoimus in nobis luminaria, Christum & Ecclesiam illius. Ipse est enim lux mundi, qui & Ecclesiam illuminat; sicut luna de sole dicitur percipere lumen, ut per ipsum possit illuminari: sic Ecclesia suscepto Christi lumine illuminat ignorantia tenebris excaecatos. Dividunt autem ista sidera inter diem & noctem: id est, Doctores dividunt inter lucem perfectorum, & tenebras pravorum: ut sint in signa, virtutum scilicet: sint etiam in tempora & in annos; vivunt enim propriis temporibus, & transeunt: *Verbum autem Domini manet in æternum.* Et uniuersique nostram dividit inter vitia & virtutes per illuminationem Christi & Ecclesiarum, & variarum gratiarum, velut stellarum. Luminare autem majus in principium Dei. Si enim ceperimus proficere per Ecclesiarum illuminationem, quæ parvulos nutrit, velut luna teperat noctem, & filii Dei vocari meruimus: tunc à Christo illuminabimur quidem, id est, perfectos illuminat. Alii dicunt solem nomen sortiri, eo quod solus lucet in die, vel de solennitate lucis. Luna verò lucecndo, vel quali lux nata: sol de natura angelorum

sol

esse dicitur. Luna autem de luce pallida, & stella. Siderum verò beneficia sunt ut luceant, & ab ipsis animarum animalium creaturæ. Animæ autem hominum à divinitate utrunque procreantur. Et ideo de his dicitur: Nonne animarum hominum ascendunt in caelum? De illis verò dicitur, Nonne animarum jumentorum descendunt deorsum? Idcirco autem luminaria in firmamento caeli posita sunt, quia alii caeli illa sustinere non poterunt: ut sint in signa, id est, navigationibus, vel vindicta, vel dicta significant aliquid. Et in temporibus, id est, circuli, vel horologii. Et in dies, id est, ad ostendendum longitudinem vel breviteratem diei. Et in annos, id est, ut dicitur annus solis vel lunæ. Luminare majus, & reliqua. Hoc luminare quatuor rebus majus dicitur, quam luna, id est, magnitudine in excessu longum: nec non splendore & tempore. Sidera autem ab angelis veli dicuntur: quorum ministratio est sidera vehere, ut alius tractavit de Apolloni testimonio, quo dicitur, *Nonne angelis ministrant?* Sidera autem non videri à nobis dicuntur, sed eorum splendor, solisque posito in modum tabulæ dicitur. Luna autem non crecere nec minui, sed in modum sphaeræ semper aequæ, velut superius diximus, à sole accensa, & post decessens, donec iterum accendatur. Et dividunt diem & noctem: id est, sancti doctores dividant, quæcumque superius per diem & noctem significata diximus.

Et dixit Deus: *Educat aqua reptilia animarum vivarum & volatilia sub firmamento caeli, & reliqua, usque dies quintus.* Nun: in inferiore parte mundi illa quæ spiritu viæ moventur sunt, & proximum ex aquis producunt, quia aeris qualitate proximum elementum est. Huic autem caelo in quo sunt luminaria, ita vicinus est, ut ipse caeli nomen acciperit. Et hic aer non solum caelum, sed etiam caeli, sicut dicitur & terra: nec aliud significatur, quam illa quæ singulariter dicitur terra: dicitur enim orbe terrarum, & orbem terrarum. Quando autem dicitur caeli calorum, intelliguntur caeli uideri istorum aerum, tanquam superiores inferorum. Hos autem aereos caelos in diluvio perisse, in quadam epistola, quæ Petri esse dicitur, legitur: quod nescio quæ admodum possit intelligi, nisi in aquarum natura pinguiore huius aeris qualitate conversa, alioquin non perierit, sed sublimius erecti sunt, quum locum illorum aqua occupavit. Sed facilius illos secundum Epistolæ autoritatem perisse credimus. Quæritur, quare volatilia quæ in aere volitent, aqua producantur: Sed sciendum est, aerem nebulosum & humidum cum aquis deputari: Concrevit enim, & creatus efficitur exhalationibus maris & terræ, & pinguis quæ quodammodo, ut volatus avium portare possit. Et ideo per noctes etiam serenaroratur: cujus gutta rores mane in herbis inveniuntur. Non arbitrandum est autem, in hac scriptura prætermittendum esse aerem, quum quatuor elementis conlita mundus, id est, caelo, aere, aqua, terra. Sed summa pars aeris, quæ non recipit exhalationes humidas, caelo deputatur. Ima autem pars aeris, in qua ventus & pluvia sunt, cum terra deputatur, quæ pars videlicet non nisi ex aquis accipere animalia. Et ideo scriptum est: *Producant aquæ reptilia, & aves,* non in firmamento caeli, sicut luminaria: sed sub firmamento, id est, in aere, ut quæ vaporaliter extentur a visibus, volatilibus fluxu animalibus deputentur. *Reptilia animarum vivarum,* quasi diceret, in animalibus vivis, dracones etiam sine pedibus, & in speluncis requiescere, & in aerem sustollit perhibentur. Aer autem à confinio luminosi caeli, usque ad aquarum fluida, & usque ad terram pervenit. Qui commotus ventis, & vehementius concitatur, etiam ignes & tonitrua, & contrahit nebulam, & conspirat pluviam, & congelantibus nebulis nivem, & conturbentius congelantibus denhoribus nubibus, grandinem: & distentus serenum facit, occultis imperiis & opere dei. Allegoricè autem producunt aquæ reptilia animarum vivarum, homines scilicet renovatos in vitam per baptismi sacramentum. Facta sunt & volatilia sanctorum animarum ad superna volantes. Possumus & aliter locum istum intelligere, si mens nostra illuminata fuerit à sole nostro Christo Jubemur postmodum ex his quæ in ea sunt, aquis producere reptilia & volatilia, id est, cogitationes bonas vel malas, proferre in medium: ut discretio fiat bonorum à ma-

lis, quæ

Reptile.
Volatile.

lis, quæ utiq; utraq; ex corde procedunt, quasi ex aquis, ut cogitationes quæ reptant super terram, a nobis separamus: sublimiores autem cogitationes, velut volatilia, ad excelsa sinamus volare. *Et reptilia multiplicentur in aquis*, id est, in secularibus: volatilia super terram, sub se utiq; habentes terrena, producant aquarū reptilia. Omne quod super ventrem reptat, vel cujus pedes breves sunt, reptile est. Et omne quod volat, volatile dicitur: excepto corpore diaboli, quod non necessarium, sed plaga peccati factum est. *Crescite, in effusione seminis: & multiplicamini*, parturiendo: *& replete aquas maris*, vivendo in illis. Per aquas doctores intelligi possunt, qui reptilia & volatilia producant, id est, peccatores & sanctos. Per cetera etiam grandia, magna peccata, quæ Deus creare dicitur, sed dimittendo, & non volendo. Sed si per reptilia peccatores intelliguntur, quomodo boni Domino videntur? certe quia per ipsos sancti probantur. *Benedixitq; illis*, id est, sanctis doctoribus, qui jubentur crescere in lege naturæ, & multiplicare in lege literæ. Aquas verò replere, id est, in lege novi Testamenti: aveiq; multiplicare, id est, sanctos in bonis operibus vel præmiis super terram, id est, Ecclesiam, vel terram viventium, quibus Deus benedicit, & crescere imperat, in spe, multiplicari in fide: replere verò aquas maris, id est, animas charitate.

Viv. animalia.

Omnia animalia aquarum sive benedicta sunt

Et dixit Deus: Educat terra animam vivam secundum genus suum: & reliqua, usq; bona sunt. Triplici modo creata sunt animalia: aut enim utilia sunt nobis, aut perniciosa, aut superflua. De perniciosis, vel punimur, vel exercemur aut terremur. De superfluis nec noceamus, nec adjuvamus: de utilibus adjuvamus. *Ursus ergo utilia, cave perniciosa, relinque superflua.* In omnibus tamen mensuram, & numerum, & ordinem vide, & artificem quære. Consequens autem, ut alteram partem, quæ proprie terra dicitur, ornaret animalibus, sive jumentis, ut equi & boves, & oves, & cætera, sive reptilibus, ut sunt serpentes, & si qua sunt alia: sive bestiis, ut sunt leones, & ursi, & cætera. Quicquid autem creatum unguis sævitur, non incongruè bestia dicitur. Quæritur autem, cur sola animalia aquarum benedicti meruerunt, sicut homines, & fortasse in uno creaturæ genere dicendum fuit, ut in cæteris consequenter intelligeretur, quæ generationibus crescant. necessarium autem fuit hoc in homine repetere, ne quisquã diceret, in officio gignendi illi esse peccatorem, sicut est in libidine, sive in fornicatione. De generationibus quoq; perniciorum quarum solet animalium, utrum post peccatum primi hominis ad vindictam creata sunt, an potius quam jam creata essent innoxia, non nisi postea peccatoribus nocere potuerunt, vel ceperunt. Neq; hoc mirum, quandoquidem temporibus hujus vitæ laboriosa nemo tam iustus est, qui perfectum se audeat dicere. Ad puniendum igitur, vel ad exercendum probandumq; nos, creata sunt. Potuerunt ergo ista etiam creata nihil nocere, si causa non extitisset puniendorum vel probandorum hominum. Si autem dicat aliquis, cur sibi invicem nocent? & dicimus, quia fortasse alia aliis data sunt, ut illis vescerentur. Secundum mysticos intellectus producit terra animam vivam, quoniam sancta Ecclesia abstinentes ab operibus mortuis, viva virtutum gemina parturit, secundum genus scilicet suum, i. vitam imitando sanctorum. Producit quoq; bestias, homines in potentia rerum, sive ferocitate superbæ: producit & pecora, fideles simpliciter viventes. Serpentes quoq; innoxios, sanctos scilicet viros, astutia vivacitate bonum à malo discernentes. *Prudentes enim, inquit, sicut serpentes.* Nec mirum, si Ecclesia, i. terra dicatur producere animam vivam, viventes scilicet Deo, & bestias, & pecora, & serpentes, cum juxta Evangelium ex omni genere piscium congregat. Sicut autem superius diximus, per aves & animalia ex aquis producta, omnes animi nostri motus posse intelligi, qui producuntur de profundo cordis, velut ex aquis: sic possumus per animalia ex terra producta, exterioris hominis nostri motus intelligere, in quibus nihil volatile indicatur. Scio enim, quod non inhabitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Nunc autem videamus illa, quæ sequuntur.

Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & reliqua, usq; dies sextus. Cui in aliis operibus Deus *Faciamus hominem*, in sinuans pluralitatem personarum, propter Patrem, & Filium, & Spiritum S.: & tamen divinitatis unitatem intelligendam statim admonet dicens, *Et fecit Deus hominem*, & quod dicitur, *Ad imaginem Dei*, non quasi pater ad imaginem filii, aut filius ad imaginem patris. Alioquin non verè dictum est ad imaginem nostram, sed ita dictum est ad imaginem Dei: tanquam diceretur, *Fecit Deus hominem ad imaginem suam*: homo autem ad imaginem Dei factus dicitur secundum interiorum hominem, ubi est ratio & intellectus: non propter corpus, sed illam potestatem Dei, qua omnibus animantibus imperat. Ideo autem hic non dicitur, *Et factum est sic*, sed tantum: *Et fecit Deus hominem*: quia & ipsa creatura intellectualis est, sicut illa lux quæ prima facta est. Quod verò in creaturis irrationalibus factum est sic, significatur in creatura spiritali facta verbi Dei cognitio: ac deinde, *Et fecit Deus*: ipse irrationalis creaturæ genus fieri demonstratur. Nonnulli autem suspicati sunt, nunc interiorum hominem factum: dum autem ait postea, *Et finxit Deus hominem de limo terræ*, corpus esse factum, nec attenderunt, masculinum & feminam non nisi per corpus fieri potuisse. Quomodo autem communiter acceperit homo cum aliis animantibus, omnis arbor & fructus lignorum, cum ante peccatum sic ipse immortalis, difficile est dicere. Nam quod dictum est, *Crescite & multiplicamini*, quanquã præter concubitus maris & feminæ non posse fieri, videatur, potest tamen dici alium modum esse potuisse in corporibus immortalibus, ut solo præ caritatis affectu filii nascerentur, nec mortuis parentibus successuri, nec ipsi morituri, donec univèrsa terra immortalibus hominibus impleteretur. Ciborum tamen indigentiam nullus audebit dicere esse posse, nisi in mortalibus corporibus: quod dicit, *Et sic est factum*, & cedendas herbas in escam hominibus & animalibus intulit, quod ab illo loco inchoaverat ubi ait, *Ecce dedi vobis*, & reliqua. Quod non sigillatim de homine dicit, *Et vidit Deus quod esset bonum*: sed post hominem factum datam illi potestatem vel dominandi, subintulit de omnibus, *Et vidit Deus omnia quæ fecerit, & ecce bona valde*. Merito quæritur, an quia præciserit Deus hominem peccatorem, non sigillatim, sed cum cæteris, illum voluit dicere bonum, velut intimans quid esset futurus. Dicuntur autem singula bona, universa verò valde bona, quia & corpus, & corporis membra etiam singula pulchra sunt: multo tamen sunt in univèrsi corporis copage pulchriora. Alii verò inquirunt in quibus interior homo imaginem Dei, & similitudinem teneat, i. in æternitate & in moribus, secundum Origenem. Secundum verò Faustinum, sex modis homo noster interior ad similitudinem Dei factus est. Immobiles enim, citus, invisibilis, incorporeus, subtilis, æternus. *Creavit Deus hominem, usq; illum.* in hoc quidem ostenditur, quod animæ viri feminæq; creatæ sunt: & in hoc prævenitur hæretici, qui sic non putant. Idcirco verò Adam usq; ad diem sextum non est formatas, quia donec omnia essent creata, congruum fuit illum non formari, & quasi illi sua domus esset parata. Spiritualiter verò per terram Ecclesiam significare dicitur, ut superius dictum est. Per jumenta autem populus Judaicus, & per reptilia gentilis. Per pisces verò hæretici & Philosophi seculares, quibus homo præest, i. Christus. Aliter si in bonam partem, per pisces boni doctores: per volatilia sancti intelliguntur, quibus dominatur homo Christus & Ecclesia: ut est hic, *Dominamini*, & reliqua. In eo autem, quod dicit, *omnem herbam*: significat populum Judæorum dandum esse Apostolis in fidem: & per ligna gentiles. Spiritualiter autem fecit Deus hominem ad imaginem suam, perfectum scilicet virum, qui non quemlibet sanctorum, sed ipsam veritatem imitando operatur iustitiam. Passus enim pro nobis Christus, reliquit nobis exemplum ut sequamur vestigia ejus. Ipse etiam accepit potestatem piscium & volatilium, & omnium jumentorum: quia spiritalis homo dijudicat omnia, ipse autem à nemine judicatur. Quod autem sequitur, *Masculam & feminam fecit Deus*: spiritualiter in Ecclesia & obediens ostendit, quod sequitur, *Crescite & multiplicamini*, sive linguis, sive in

nem nostram: & reliqua, usq; dies sextus. Cui in aliis operibus Deus *Faciamus hominem*, in sinuans pluralitatem personarum, propter Patrem, & Filium, & Spiritum S.: & tamen divinitatis unitatem intelligendam statim admonet dicens, *Et fecit Deus hominem*, & quod dicitur, *Ad imaginem Dei*, non quasi pater ad imaginem filii, aut filius ad imaginem patris. Alioquin non verè dictum est ad imaginem nostram, sed ita dictum est ad imaginem Dei: tanquam diceretur, *Fecit Deus hominem ad imaginem suam*: homo autem ad imaginem Dei factus dicitur secundum interiorum hominem, ubi est ratio & intellectus: non propter corpus, sed illam potestatem Dei, qua omnibus animantibus imperat. Ideo autem hic non dicitur, *Et factum est sic*, sed tantum: *Et fecit Deus hominem*: quia & ipsa creatura intellectualis est, sicut illa lux quæ prima facta est. Quod verò in creaturis irrationalibus factum est sic, significatur in creatura spiritali facta verbi Dei cognitio: ac deinde, *Et fecit Deus*: ipse irrationalis creaturæ genus fieri demonstratur. Nonnulli autem suspicati sunt, nunc interiorum hominem factum: dum autem ait postea, *Et finxit Deus hominem de limo terræ*, corpus esse factum, nec attenderunt, masculinum & feminam non nisi per corpus fieri potuisse. Quomodo autem communiter acceperit homo cum aliis animantibus, omnis arbor & fructus lignorum, cum ante peccatum sic ipse immortalis, difficile est dicere. Nam quod dictum est, *Crescite & multiplicamini*, quanquã præter concubitus maris & feminæ non posse fieri, videatur, potest tamen dici alium modum esse potuisse in corporibus immortalibus, ut solo præ caritatis affectu filii nascerentur, nec mortuis parentibus successuri, nec ipsi morituri, donec univèrsa terra immortalibus hominibus impleteretur. Ciborum tamen indigentiam nullus audebit dicere esse posse, nisi in mortalibus corporibus: quod dicit, *Et sic est factum*, & cedendas herbas in escam hominibus & animalibus intulit, quod ab illo loco inchoaverat ubi ait, *Ecce dedi vobis*, & reliqua. Quod non sigillatim de homine dicit, *Et vidit Deus quod esset bonum*: sed post hominem factum datam illi potestatem vel dominandi, subintulit de omnibus, *Et vidit Deus omnia quæ fecerit, & ecce bona valde*. Merito quæritur, an quia præciserit Deus hominem peccatorem, non sigillatim, sed cum cæteris, illum voluit dicere bonum, velut intimans quid esset futurus. Dicuntur autem singula bona, universa verò valde bona, quia & corpus, & corporis membra etiam singula pulchra sunt: multo tamen sunt in univèrsi corporis copage pulchriora. Alii verò inquirunt in quibus interior homo imaginem Dei, & similitudinem teneat, i. in æternitate & in moribus, secundum Origenem. Secundum verò Faustinum, sex modis homo noster interior ad similitudinem Dei factus est. Immobiles enim, citus, invisibilis, incorporeus, subtilis, æternus. *Creavit Deus hominem, usq; illum.* in hoc quidem ostenditur, quod animæ viri feminæq; creatæ sunt: & in hoc prævenitur hæretici, qui sic non putant. Idcirco verò Adam usq; ad diem sextum non est formatas, quia donec omnia essent creata, congruum fuit illum non formari, & quasi illi sua domus esset parata. Spiritualiter verò per terram Ecclesiam significare dicitur, ut superius dictum est. Per jumenta autem populus Judaicus, & per reptilia gentilis. Per pisces verò hæretici & Philosophi seculares, quibus homo præest, i. Christus. Aliter si in bonam partem, per pisces boni doctores: per volatilia sancti intelliguntur, quibus dominatur homo Christus & Ecclesia: ut est hic, *Dominamini*, & reliqua. In eo autem, quod dicit, *omnem herbam*: significat populum Judæorum dandum esse Apostolis in fidem: & per ligna gentiles. Spiritualiter autem fecit Deus hominem ad imaginem suam, perfectum scilicet virum, qui non quemlibet sanctorum, sed ipsam veritatem imitando operatur iustitiam. Passus enim pro nobis Christus, reliquit nobis exemplum ut sequamur vestigia ejus. Ipse etiam accepit potestatem piscium & volatilium, & omnium jumentorum: quia spiritalis homo dijudicat omnia, ipse autem à nemine judicatur. Quod autem sequitur, *Masculam & feminam fecit Deus*: spiritualiter in Ecclesia & obediens ostendit, quod sequitur, *Crescite & multiplicamini*, sive linguis, sive in

Bonus homo quare dicitur.

Homo imago Dei

spiritualibus intelligentiæ gradibus, ut dominentur rationis intellectu omnium carnalium perturbationum. Omnis autem herba, & omne lignum quod datur in esca hominibus, fideles sunt, de oblationibus suis communicantes. Unde & apostolus ait, *Si nos vobis spiritualia seminavimus: & hæc sunt fructifera ligna. Dixit Deus, Faciamus hominem, & reliqua.* Consequenter secundum illa quæ superius exposuimus, talem hominem, qualem desideramus, vult principatum gerere prædictarum bestiarum, & volucrum & reliquorum, qualiter intelligi debeant, per allegoriam exposuimus, quom diximus aquam juberi, id est, mentem illius sensum producere, ut dominetur illis & non illa dominentur ei. *Masculum & feminam fecit illos.* Homo interior ex spiritu & anima constat. Spiritus masculus dicitur, femina potest anima nuncupari. Hæc si concordiam inter se habeant, possunt generare filios sensus bonos & utiles, per quos impieant terram, carnem scilicet, quod autem sequitur, *Eccc dedi vobis omne sanum, de affectibus carnalibus intelligi potest.* Verbi grati: Si iracundia ad correptionem utamur, qua nobis cum cæteris animalibus communi est, fructibus terræ utiliter vescimur. Hoc & de concupiscentia & cæteris motibus intelligi potest.

C A P U T II.

Quæ perfecti sunt cæli & terra: & reliqua, usq; dicit, Creditur Deus ut faceret. Senarius numerus perfectus est, quia partibus suis completur. Unum enim sexta pars illius, duo tertia, tria dimidia, si numerus unum, & duo, & tria, ipsa summa sex facit. Idcirco perfectus dicitur. Non enim ita cæteris invenitur. Propterea in hoc numero perfecit Deus opera sua. Nec quisquam ita demens est, qui audeat dicere, non potuisse Deum uno die cuncta facere, si velit. Quod autem dicit, *Requievit Deus die septimo ab omnibus operibus suis, quid aliud significat, nisi requiem sanctam, quam novis daturus est ad operibus nostris, si bonum fecerimus?* Secundum istam figuram loquutionis dicit apostolus: *Ipsè enim spiritus sanctus gemit, sed ipse nos gemere facit.* Pronunciavit autem Deus, requiescens ab omnibus operibus suis septimo die, illum diem quo erat Christus in sepultura quieturus. Ipse quippe die sabbati requievit in sepulchro, postquam sexta die consummavit opera sua. Quod autem in evangelio dicitur, *Pater meus usque modo operatur, & ego operor:* non est contrarium huic loco, in quo Deus ab omnibus requievit. Iste dicitur. Requievit enim Deus à condendis generibus creaturæ, quia ultra jam non condidit alia genera nova. Deinceps autem nunc usq; ad ultima operatur eorundem generum administrationem, quæ tunc instituta sunt. Vespera finis præcedentis diei est. Mane è initium sequentis: beat nox non sequentis diei, sed præcedentis est. Et ideo sexto die completo, post illius vespere factum est mane: non quod significatur initium condendæ alterius creaturæ, sed quod significatur initium manendi & quiescendi totius, quod dictum est in illius quiete qui condidit. Et ideo septimus dies cepit à mane, & in nullo vespero terminatur. Non improbabiler autem vespere & mane cognitionem creaturæ in semetipsa, quam cognitionem scilicet spiritualis creaturæ habet, & laudem conditoris propter creaturam factam intelligimus. *Benedixit autem diem septimum:* illum utiq; diem, qui vespere non habet. Spiritualliter post istorum sex dierum opera bona, valde homo quietem sperat mentis, constitutus in spiritali paradiso, quo significatur vita beata. Hactenus opera sex dierum, secundum historiam quo modo narrata sunt, & qualiter in ecclesia intelliguntur, explicata sunt. Deinde quid in figura seculi significant, subjiciendum est. *Sex diebus consummavit Deus omnia opera sua, septimo die requievit.* Sex atq; diebus humanum genus in hoc mundo per successiones temporum, Dei opera insinuant; quarum prima est ab Adam usq; ad Noe: secunda, è Noe usq; ad Abraham; tertia, ab Abraham usq; ad David: quarta, à David usq; ad transmigrationem Babylonia: quinta deinde usq; ad adventum Domini: sexta, quæ nunc agitur, quousq; mundus finitur: septima verò intelligitur in requiem sanctorum, quæ scilicet vespere non habet, quia illum nullus terminus claudit. Pergamus ergo per has mundi ætates, & earum differentias diligenter. Primum enim factus seculo tanquam lux homo in paradiso, in qua ætate filios Dei in lucis nomine divisit Deus à filiis hominum, quasi à tenebris. Firq; hujus diei vespere diluvium. Secundo seculo factum est, quasi firmamentum inter aquam & aquam, arca utiq; illa quæ natavit inter pluviam & maria. Hujus vespere ut confusio linguarum. Tertium seculum factum est, quando separavit populum suum à gentibus, per Abraham, discernens illum quasi aridam ab aquis: & profertur germen herbarum atq; lignorum, id est, sanctos, & fructum sanctarum scripturarum. Hujus vespere fuit peccatum in malitia pessimi Regis Saul. Quartum seculum cepit à David, quomodo constituit Deus luminaria in firmamento cæli, splendorem regni tanquam solis excellentiam, & tanquam lunæ speciem obtemperantem synagogam, & stellas principes illius: ætatis hujus vespere fuit in peccatis Regum, quibus gens illa meruit captivari in Babyloniam. Quinto seculo, in transmigratione Babylonia facta sunt, quasi animalia in aquis, & volatilia cæli. Quia tunc Judæi inter gentes tanquam in mari vivere cœperunt, nec habuerunt stabilem locum, tanquam aves volantes. Hujus diei vespere fuit multiplicatio peccatorum in populo Judæorum: qui sic excaeci sunt, ut etiam Dominum Jesum non possent agnoscere. Jam sextum seculum fuit in adventum Christi. Nam sicut in illa sexta die primus homo Adam delinuit, ad similitudinem Dei formatus est: sic in illa sexta ætate seculi secundus Adam, i. Christus in carne de Maria virgine natus est. Et sicut in illa sexta die serpentium & ferarum genera terra produxit, ita & in hac ætate mundi gentes appetentes vitam æternam lex genuit. Quem utiq; sentum vas Petro ostensum manifestat. Et sicut in illa die creatur masculus & femina, ita in illa seculi ætate manifestatur Christus & ecclesia. De hujus diei vespere dicitur, *Putasne filius hominis veniens, inveniet fidem super terram?* Postquam vespere fit mane, quando ipse Dominus in claritate venturus est. Tunc sancti requiescunt cū Christo ab omnibus operibus. Speranda enim est post opera bona valde, requies in die septimo, qui vesperum non habet. Sequitur recapitulatio conditæ creaturæ.

Iste generationes cæli & terra, & reliqua, usq; super faciem terra. Nunc vno die cæelum & terram dicit esse facta, cum superius non uno die facta esse commemorat, sed unum diem à Deo factum esse commemorat: quæ creaturam spiritualem diximus, in cognitione facta sunt cætera. Loge enim aliter notæ sunt angelis creatura dei, aliter nobis. Illis enim primordialiter, sicut primitus creati sunt. Nos autè secundum rerum omnium administrationem per divisiones temporum qua Deus nunc usq; operatur, & fortasse vnus iste dies omne tempus significari, bene intelligitur. Fecit enim Deus omne tempus simul cum omnibus temporalibus creaturis. Quod autem nominatio cælo & terra condidit virgulem agri, & tacuit cætera quæ sunt in cælo & in terra. Per virgulem agri, nascencia terra comprehendit, quæ antequam orientur, super terram casualiter creata sunt, cum creavit Deus omnia simul. Quod autem sequitur, *Nondum enim pluerat Dominus super terram, & homo non erat, qui operaretur terram:* tanquam diceret, non sic illa fecit Deus, quemadmodum nunc alia, cum pluit: alia commemorantur homines sine pluvia, & sine opere humano: nunc dicunt esse facta, vt potentia verbi sui simul omnia Deus fecisse intelligatur. Quid autem significat myricæ, quod cælo nominato, & terra, adjectis virgulem & herbam regionis, & tacuit terra: nisi quia per virgulem agri invisibilem creaturam demonstrari intelligitur, sicut est anima? Dicitur autem virgulem agri, propter vigorem vitæ: herba, propter eandem vitam marcescentem. Deinde quod addit, *Antequam orientur in terra:* intelligitur anima antequam peccaret. Terra enim est cupiditatis sordiditas, tanquam orta, vel super terram nata esse

Vespera.
Mane.
Nox.

Sex ætates.

dici

dicitur recte. Unde & adiect: *Nondum pluerat Dominus super terram*, quasi aperte diceret: Antequam peccaret anima, nondum nobis scripturam pluviam doctrinæ ad irrigandam animam concesserat. Quod verò subjunxit, *Et homo non erat qui operaretur terram*: quia nullus homo operatus est in virgine, de qua natus est Christus. Ipse enim lapis sine manibus de monte abscissus. *Fons autem ascendebat*, & reliqua. Hic jam, quantum arbitror, incimantur illa quæ sunt intervallo temporum ex illa prima conditione, ubi facta sunt simul omnia; & cepit recte ab elemento, ex quo cuncta genera nascuntur, vel animalium, vel herbarum atque lignorum, Quis sit iste fons, meritò queritur. Si enim plana quæq; irrigabat, quomodo dicitur universam superficiem terræ irrigasse? Si autem omnem terram irrigabat, erat inundatio diluivi, & nondum divisa erat terra ab aqua. Credibile autem est, quia non dixit, Unus fons, sed Fons, pro plurali numero posuisse singularem: ut sic intelligam fontes per omnem terram loca propria irrigantes, sicut dicta est rana & locusta in decem plagis Ægypti, cum esset innumerabilis numerus illarum. Cum ergo aliter se habeant omnium creaturarum rationes, verbo Dei incommutabiles, aliter illa eius opera, quibus in die septimo requievit, aliter illa quæ usq; nunc operatur. Horum trium hoc quod extremum potui, utcumq; notum est: duo illa remota sunt à sensibus nostris. Ergo illa omnia primitus fuerunt, non mole corporis, aut magnitudine, sed vi potentie causalis: Virgultum autem agri, quid significet spiritualiter, superius expositum est, cum produceret terra herbam pabuli. Fons autem sapientia est, quæ irrigat omnem Ecclesiam. Aliter autem, terra virgo Maria est: de qua scriptum est, *Aperiat terra, & germinet Salvatorem*: quam irrigavit Spiritus sanctus, qui fontis & aquæ nomine in Evangelio significatur.

Fons irrigans terram qui sit.

Homo quomodo in animam viva creata.

Renovatio qua anima est.

Mortales quatenus.

Formavit igitur Deus hominem de limo terræ, & inspiravit in faciem eius spiritum acutum vitæ. & factus est homo in animam viventem. In ipso etiam corpore habet homo quandam proprietate, quod directæ statura situr hoc admonerentur, non sibi terrena esse sectanda, velut pecoribus. Sed quomodo enim fecit, utrius repente in ætate perfecta, hoc est, viriliter sicut usq; nunc formari in vteris matrum? Si omnium futurorum causæ modo sunt incitæ, quomodo creavit Deus omnia simul? Non aliter Adam factus est, cû de limo terræ formatus est, sicut jam credibilis est, nisi perfectæ ætatis & virilitatis, quæ erat in illis causis, ubi Deus hominem in sex dierum operibus fecit. Solet igitur quædam animalia prius homini formatum esse limo terræ, quæ vel quod habemus nuncianc spirituale, quale resurgentes habebimus: Non obscura est de hac re Apostoli sententia, dicentis. *Non prius quod spirituales, sed quod animale deinde quod spirituales.* Hic occurrit quæstio, Quomodo renovamur, ut ad hoc in Christo non renovamur, quod prius in Adam eramus? Unde ergo profertur filio redeunti stola prima, si non immortalitatem recipit, quam perdidit in Adam? Si autem non peccasset Adam, nec corpore moretur. Quomodo ergo non immortale, si animale renovabitur à vetustate peccati? Non in pristinum corpus animale, in quo fuit Adam: sed in corpus spirituale, cum erimus æquales angelis. Renovabimur autem spiritus mentis nostre, secundum imaginem illius qui creavit nos, quam peccando Adam perdidit. Renovabimur autem etiam carne, cum corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem: ut sit spirituale corpus, in quod nondum mutamur, sed mutatus fuisse Adam, nisi mortem corporis peccando meruisset. Illud quippe secundum aliam causam, & ante peccatum mortale, dici potuit mori: & immortale, quia potuit non mori. Aliud est enim non posse mori: aliud, posse non mori. Secundum, quemadmodum prius homo creatus est immortalis, quod illi prestabatur de ligno vitæ. Separatus est, cû peccasset, ut posset mori: qui nisi peccasset, posset non mori. Mortalis ergo erat conditione corporis, animalis immortalis beneficio conditoris. De anima autem quæ Dominus insufflando fecit, nihil confirmo, nisi quia ex Deo est: ut non sit substantia Dei, & sic incorporea, non sit corpus, sed spiritus, non de substantia Dei genitus: nec

procedens, sed factus à Deo. Et ita sit factus, ut illius natura non sit alia creatura, in quam posset converti. Hac per hoc de nihilo, & quod sit immortalis secundum quandam vitæ modum, quem non possit amittere. Secundum quandam verò mutabilitatem, qua possit vel deterior vel inferior fieri, non immeritò mortalis dicitur: quoniam veram immortalitatem solus habet ille, de quo dicitur: *Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem.* Myrtice autem formavit Deus hominem de limo terræ: formatus est Christus ex semine David secundum carnem, tanquam de limo terræ. *Et inspiravit in faciem illius spiritum acutum vitæ*: utiq; infusione Spiritus sancti, qui operatus est hominem Christum, *Et factus est homo in animam viventem*: ut qui perfectus erat Deus, perfectus crederetur & homo. Alij verò inquirunt, de qua terra Adam formatus sit, si fuerat Paradisus specialis utiq; de communi, quod demonstratur, ubi dicitur: *Terra es, & in terram ibis.* Et in faciem illius dicitur inspirare Dominum dicunt, quia pars spiritualis est corporis caput, quod in hominibus primo nascitur, & principales habet sensus per divisiones in cerebro. Cujus prima pars, visum, auditum, gustum, odoratumq; habet: secunda verò intellectum: tertia, tactum, qui per omne corpus effunditur. Hi etiam dicunt, *Faciamus usq; nostram*, ad formationem animæ Adâ pertinere. Ad formationem verò corporis, quod dicitur, *Masculum & feminam fecit illos.* Quod verò dicitur hic *formavit* ad ipsius formationem, in membra pertinere: *inspiravit* verò, ad animam indubitanter. Corpus verò filij à corpore patris trahit, corpulentiam & vim occultâ, hoc est peccatib; anima verò immortalitatem & prudentiam.

Paradisus sua.

Sacramentum quid.

Quatuor flumina Paradisi.

Plantaverat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis, sicut à principio: & reliqua, usq; ad illum locum, ubi ait, *In quo unq; die comederis ex eo, morte morieris.* Non ignoro, de Paradiso multos multa dixisse. Alii enim Paradisum corporaliter tantum intelligunt, alij spiritualiter, alij verò usq; modo. Consequens autem est, ut homo in Paradiso corporali intelligatur collocatus, & Paradisus locus quidam intelligatur, terra scilicet ubi habitaret homo, terrenus locus amœnissimus, fructuosus nemorib; occupatus, idemq; magnus, & magno fonte fecundus. Plantaverat ergo Dominus Paradisum in deliciis, hoc est, in Eden, Quod autem sequitur, *Produxit de humo omne lignum, & reliqua*: secundum est, quod cum iisdem generibus sunt illa ligna instituta in Paradiso, quæ jâ terra tertia die produxit causaliter, ut etiam nunc per tempora talia terra signat. Verba autem Dei die sexto dicentis, non sonabili voce prolata sunt, sed sicut in verbo eius creandi potentia. Dicit autem hominib;, quod sine temporalibus sonis Deus dixit: it, non nisi per temporales sonos potuit. Futurum enim erat, ut homo iisdem uteretur etiam Quod autem sequitur, *signum etiam vitæ in media Paradisi, signumq; scientiæ boni & mali*: considerandum est diligentius: forte enim cogat nos in allegoriâ declinare, ut non ligna sint, sed aliud ligni nomine significant. Sed cû sit Hierusalem æterna in caelis, & alia Hierusalem in terra est: ergo & lignum vitæ, in quo erat sacramentum, & in cæteris lignis alimentum. Sacramentum autem quid aliud, nisi sapientia: de qua dicitur: *Lignum vitæ est amplexentibus illam.* Lignum etiam scientiæ boni & mali, non est dubitandum, quod esset lignum visibile, in quo utiq; non suspicor aliquid noxium inesse, cum fecerit Deus omnia bona valde: sed malum est homini transgressione præcepti. Opertebat autem ut homo positus sub Deo alicunde prohiberetur, ut illi promerendi Dominum sui virtus esset in ipsa obedientia. Quatuor autem flumina Paradisi ex uno fonte procedentia, ex hoc colligim;, notissima sunt, & universis ferè gentibus diffamata. Credendumq; est, ex illo loco Paradisi agnitione hominum remotissimo, quatuor hæc flumina emergere sicut fidelissima testatur scriptura, quæ etiam per multum spacium ire, & post tractus regionum proximarum aliis locis erupisse, ubi tanquam in suis fontibus noti esse perhibentur. Hæc autem quatuor flumina, quatuor virtutes significant, prudentiam, fortitudinē, temperantiam, justitiam. Prudentia ipsa est contemplatio veritatis ab omni ore humano aliena: sicut Physon oris mutatio interpretatur, quâ loquens patrus magis, quam

EDEN

patris quā sonat Evilath, quā interpretatur parturiens. Habet aurum, disciplinam vivendi, quā aliena est ab omni forde, velut aurum purum. Carbunculum, veritatem, quā nulla falsitas vincit: sicut carbunculi fulgor nocte non vincitur. Prassinum, vitam æternam, quā viriditate lapidis propter vigorem vitæ significatur. Fluvius autem qui circumcivit omnem terram Æthiopicam calidam ferventemque; significat fortitudinem calore actionis alacrem atque impigram. Tertius Tigris vadit contra Assyrios, & significat temperantiam, quæ resistit libidini. Unde plerumque in scripturis Assyrii adversariorum loco ponuntur. Quartus non est dictus quo vadat, aut quam terram circumbeat. Iustitia enim ad universas animæ partes pertinet. Dicitur autem Phylon ipse esse Ganges, Gyon autem Nilus. Tigris & Eufrates nunc eadem nomina tenent. Eufrates autem fluvius Mesopotamiae. Tigris autem hoc nomine vocatur, propter velocitatem instar bestiae nimia pernicitate discurrentis. In eo quod dicitur, *Plantaverat Deus Paradisum voluptatis à principio*; quidā dicunt posse intelligi, quod antequam cælum & terram faceret, Paradisum voluptatis pararet, quod in illo esset voluntas Dei. Quod autem dicit, *Pulchrum visum*, ad animam pertinet: corpori verò, & ad vescendum suave. Per fluvium verò migrationem de Paradiso significari dicunt, quod migrasset Adam in communem terram. Per fluvium, unitas Deitatis. Per quatuor capita, quatuor Evangelia, in quibus narratur. Eufrates historialiter. Idcirco non assignatur cuilibet regioni specialiter, quia Hebræis propinquus est, per quem significatur Evangelium Joannis, pertinet ad theoriam, ad quam Ecclesia propinqua est. Alia autem Evangelia suas habent proprietates. Per lignum vitæ, doctrina spiritalis potest intelligi. In Paradiso, i. in Ecclesia per fluvium, baptismum. Per quatuor capita, quatuor virtutes, ut prædiximus. Aliter Paradisus significat corpus lignum vitæ, sensum prudentiæ: & fluvius doctrinam, quæ dicitur in hominem quatuor constantem, quasi quatuor in capita, i. frigido & calido, humido & arido. Quod autem dicitur, *ut operaretur terram, & custodiret illam*, non servili labore, sed honesta animi voluptate. Possimus autem intelligere, *ut operaretur terram, Paradisum, & custodiret semetipsum*. Custodiri non adversus improbos homines, quia nulli erant, sed fortasse adversus bestias. Sed quomodo istud? nunquid bestia in hominem tunc sæviabant, quod nisi peccando non fieret. Est & alius in his verbis sensus, ut ipsam hominē operaretur Deus, & custodiret, sicut enim homo operaretur terrā, non ut illam faciat esse terrā, sed ut cultam & fructuosam: sic Deus hominem quod creavit ut homo esset, operatur ut iustus sit. Allegoricè autem, plantaverat Dominus Deus paradysum, Ecclesiam utique: sicut de illa dicitur, *Hortus conclusus soror mea. A principio, quia Ecclesia à Christo condita est. Fluminis de paradiso Christus irrigans, de quo dicitur: Dominus Deus noster fluvius gloriosus, exiens in terram sitientē. Quatuor Paradisus flumina, quatuor Evangelia. Ligna fructifera, omnes sancti sunt. Lignum vitæ Christus est: cui si potrexerit manum, vivit in æternum. Phylon interpretatur os populi, sive oris mutatio. Æthiopia significat tenebras sive caliginem. Evilath, dolens vel parturiens. Geon, pectus sive præputium. Assyrios dirigentes possimus dicere. Tigris velocitas. Eufrates fertilis interpretatur. Lignum scientiæ boni & mali, proprium est voluntatis arbitriū, in medium nostrum positum, ad dignoscendum bonum vel malum: de quo si quis relicta gratia Dei gustaverit, morietur. Tuliit Deus hominem, & posuit illum in paradiso, assumpsit Deus carnem, & factus est ecclesiæ caput, ut operaretur, & custodiret: id est, voluntate patris, ut ex omnibus gentibus ecclesiam adimpleret. Juxta illud: *Quos dedisti mihi, custodiri.**

Dixit quoque Deus, *Non est bonum esse hominem solum, & reliqua, usque, Et erunt duo in carne una.* Quod in ista recapitulatione omnes bestiae terræ, & universa volatilia cæli de humo fecisse Deus dictus est, terram universaliter cum aquis appellat. Quod autem dicitur, *Non est bonum hominem esse solum*: difficile est investigare, quomodo Deus dixerit, utrum temporaliter vocibus editis & syllabis, an ipsa ratio cōmemorata est, quæ in verbo Dei principaliter erat,

an fortè in mente ipsius hominis; ut illud in Psalmo, *Adiā quid loquatur in me Dominus Deus.* An aliqua de hac re ipsi homini de ipso homine per angelum est facta revelatio, an per corporalem creaturam vox ipsa tonnerit. Si autem quaritur, ad quam rem fieri oportuerit hoc adiutorium, nihil aliud probabile occurrit, quam filios procreandos. Hoc enim in prima conditione dictum erat, *Masculum & feminam fecit illos, & benedixit eos dicens, Crescite: & reliqua.* Nunc autem videndum est, quod adducta sunt ad Adam omnes bestiae agræ, & volatilia cæli, ut illis nomina imponeret, atque ita velut necessitas operaretur. Creandi enim feminæ ex illius latere, cum inter illa animalia simile adiutorium non fuisset inventum: videtur enim mihi propter aliquā significationem propheticā factum. Quare quoque pisces hoc nominantur: sed credendum est, paulatim cognitis piscium generibus nomina imposita. Quod autem mulier de latere viri facta, fortasse propter ipsius conjunctionis vim commendatam. Sed quare dormienti, quare os non caro detracta est, quare costa, quare carne locus illius repletus est, non altera costa. Cur non fecit sed edificavit? Non est utique dubiū, hæc quidem ita facta esse: sed tamen ob aliquid significandum, hoc est, in Christo & in ecclesia. Quomodo animalia detracta sunt ad Adā? quaritur. Iussio Dei non solum ad homines, nec solum ad aves & pecora venit per angelicum ministerium, sed etiam ad illa quæ in aquis sunt, sicut ad cetum, qui glutivit Jonam. Si autem donavit Deus homini mansuetam facere etiam fera animalia, quanto magis angeli hoc possent, quod dixi, angeli autem omnino nullā possunt cōdere vel creare naturā: solus enim creator est Deus, i. ipsa Trinitas. Quomodo autem soporatus sit Adam, costaque illius sine ulla doloris sensu à corporis compage detracta sit: hæc fortasse dicuntur ut potuisse per angelos fieri. Formare autem vel edificare costam in mulierem nullus potuit, nisi Deus, quo universa natura subsistit. Quodque sequitur, *Os de ossibus meis, & reliqua*: cum verba sint primi hominis, Dominus tamen in evangelio dominum dixisse declarat. Dicit enim, *Non legitis: quia qui fecit ab initio masculum & feminam fecit illos, & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adheret uxori: ut intelligeremus propter extam, quæ præcellerat in Adam, hoc illi divinitus potuisse prophetare. Certe quæstio illa quæ agitur de anima mulieris, utrum ex anima Adam animam accepit, sicut corpus aliunde, velut & ipse Adam: aut animæ ex animabus nalcantur, sicut corpora ex corporibus, an alio modo mittantur à Deo, ad opus non pertinet. Quod autem dicit, *In quocunque die comederis ex illo, morte morieris.* Ac si diceret: Morti deputatus eris, non quod in eodem die mortuus fuisset, sed mortalis, quoniam eiectus est de Paradiso: vel quod in eodem die quo peccavit, mortuus est; quamvis multis intervenerit temporibus spatii, i. nongentis & triginta annis, Adam quippe in sexta feria formatus est, in quo peccavit, & mortuus est, traditur: Christus verò in sexta feria natus est, & fecit vinum de aqua, & passus est. Dixit quoque Dominus Deus, *Non est bonum hominem esse solum.* Arguuntur heretici, qui Christum solum hominem putant, non etiam Deum. Faciamus adiutorium simile, quia in ipso homine factis, ecclesia Deo copulata est. Appellavit autem Adam nominibus suis cuncta animalia, & volatilia, & bestias: significans, quod salvæ fierent in ecclesia, & per Christum nomen erant accepturæ, quod prius non haberunt; ut est illud, *Et vocabo servos meos nomine alio.* Adam verò non inveniebatur adiutor similis illius, quoniam quamquam bonus sit quisquam, Christum tamen a quare non potest. Non enim, inquit, *similis tibi in diis Domine.* Nemo enim potuit genus hominum liberare à morte, nisi Christus. *Immisit Deus soporem in Adam.* Dormivit in cruce Christus, pungiut laeus illius lancea, ut sacramentis quæ inde fluunt, formetur ecclesia. De hac dormitione dicitur: *Ego dormivi, & somnum cepi, & resurrexi. Et posuit carnem pro ea.* Posuit pro ecclesia carnem suam. *Os de ossibus meis, & caro de carne mea.* Sive enim spirituales & fortes, sive minus perfecti, unum corpus Christi sunt. *Hæc vocabitur virago, sicut à Christo Christiani nomen accipiunt. Quamobrem relinquet homo**

patrem

patrem & matrem, & reliqua. Reliquit Christus patrem, cum dicit: ego à patre exivi, & veni in hunc mundum. Reliquit & matrem synagogam, veteri Testamento carnaliter inhxrentem, quæ fuit illi mater ex femine David: & adhuc sic Ecclesie in pacem novi Testamenti us essent duo in carne una. Quia cum sit Deus, participes nosse factus est, ut illius capitis corpus esse possimus. Post hæc vocatur Eva, vita sive calamitas: quod nobis convenit, calamitatem hic, vitam in futuro habeamus. Alii dicunt, quod dicitur, *Et replevit carnem pro eo*, ad misericordiam Dei pertinet, pro virtute divinitatis. Costa autem ædificatur in mulierem, de qua dicitur, *Mulierem fortem quis inveniet?* Hi etiam dicunt, costam cum carne, animam cum carne significare. Mulieri autem à viro corpulentia, & vis oculata, & immortalitas & prudentia cõgisse dicuntur. Prima autem prophetia dicitur in hoc mundo hæc sententia esse, *Quamobrem relinquet: & reliqua, utque in carne una.*

CAPUT III.

Erant autem uterq; nudi, Adam scilicet & uxor illius, & non erubescerant, & reliqua, usq; ad illum locum in quo ait: *Ad custodiendam viam ligni vite.* Verè omnino nuda erant corpora duorum hominum in Paradiso, nec pudebat illos. Quid enim puderet, quando nullam legem senterunt in membris suis repugnantem legi mentis suæ? Serpens autem iste non irrationali anima sua, sed in alieno, i. diabolico spiritu, callidior omnium bestiarum dicitur. Quid enim mirum, si instinctu suo diabolus serpentem implens illo more, quo vates demonum impleri solent, reddiderit sapientissimum omnium bestiarum? nec sanè debemus opinari, quod serpentem sibi, per quem tentaverit, persuadere diabolus elegerit: sed cū esset in illo cupiditas decipiendi, per illum animam potuit, per quod permittitur est. Quæritur autem, cur tentare permittit Deus hominem, quem tentatori præsciebat esse concessurum? Non arbitrandum est autem, quod hominem de se istis diabolus tentare permittitur, nisi prius præcessisset in animam illius quædam elatio comprimenda. Non enim mihi videtur magna laudis futurum fuisse hominem, si propterea posset bene vivere, qui à nemine malè vivere suaderetur. Cum & in natura posset, & in potestate haberet, si vellet, nõ consentire. Si autem movetur quidam de hac primi hominis tentatione, quod eam fieri permittit Deus, quasi non videant universum genus hominũ diabolus in insidiis sine cessatione tentari, Cur & hæc permittit Deus, an quia probatur virtus? Si ergo loquutus est serpens hominĩ? Cur ali na in qua se debet Balaam, loquuta est hominĩ? nisi quia illud opus fuit diaboli, cum illud angelicum: Interrogat autem serpens, *Cur præcepit vobis Dominus, & cætera. Et respondit mulier, & reliqua*, ut pravariatio esset inexcusabilis. Evidentior est enim transgressio, dum præcepta memoriæ reuincuntur. *Eritis sicut dy, & reliqua.* Videmus his verbis superbiam per se assum esse peccatũ. Ad hoc enim valet quod dictum est, *Eritis sicut dii.* Quod autem dicit, *Nequaquam morte moriemini:* pertinet ad id quod dictum est, *Quia mendax est, & pater illius. Dedit viro suo, cui persuaderi non opus erat, quia illam eo cibo non esse mortuã cernebat. Et aperti sunt oculi amborum quoniam se ad invicem concupiscendum ad poenam peccati, carnis illius mortẽ acceptam. Conserunt folia fici. Qui glorianda deseruerunt, pudenda texerunt. Ad vesperum, & reliqua.* Quia defecerunt à luce veritatis, absconderunt se, & reliqua. Non miremur hæc fieri, quæ similia sunt demeritæ per nimium pudorem & timorem. *Vbi est?* Vox increpantis est, non ignorantissã Deo, per vitum ad feminam, peccatum à diabolo per feminã ad vitum pervenit. Et sicut primatum vir habet, ita prius interrogatur. *Mulier quam dedisti mihi, & reliqua.* Superbia nunquam dixit, Peccavi. Deniq; mulier non dixit, Seduxit me: sed *mulier quam dedisti mihi, & reliqua.* Mulier autem interrogata ait: *Serpens decepit me.* Et ob hoc Apollolus ait, *Adam non est seductus, mulier seducta est.* An propterea mulier seducta est, quia parvi intellectus esset, & ideo non tribuit illi Apollolus imaginem Dei? Sic enim

ait: *Vir quidem non debet velare caput suum, cum sit imago & gloria Dei; Mulier autem gloria viri est.* Non quod mens foemina eandem imaginem capere non possit: sed fortasse illa hoc adhuc nondum percepit, quod ab imagine Dei & à viro regente atq; dispensante fuerat paulatim perceptura. *Serpens decepit me, Quasi cuiusquam suo præcepto Dei debuit anteponi.*

Et dixit Dominus Deus serpenti, & reliqua, usque dum dixit, Et tu insidiaberis calcaneo illius. Nota illa sententia figurata est, nec aliud illi debet scriptoris fides, narrationisq; veritas, nisi ne illam datam fuisse dubitemus. Non est enim interrogatus serpens, quia non ipse utiq; in sua natura fecerat: sed diabolus de illo per illum, & in illo fuit operatus. Nunc ergo quod ad illum qui in serpente loquutus est dicitur, figuratum est. *Quia audivit vocem mulieris tuæ, maledicta terra in operibus tuis.* Ex hoc esse in terra labores humani generis, quis ignora? Et quia non essent labores in terra, si felicitas quæ in Paradiso fuit teneretur, non est dubitandum. Opera autem hic non ruris colendi, ut plerique putant, sed peccata sunt. *Tunicas pellicæas.* Et hoc significationis gratia factum est, sed tamen factum est verè. *Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis.* Verba Dei sunt hæc, non tam illis intul. antis, quam cæteris ne ita superbiant, deterritis. Quod non solum fuerit factus, qualis fieri voluit: sed nec illud quod factus fuit, conservavit; & ordinavit Cherubim, & flammæum gladium, hoc per cœlestes utique potestates etiam in Paradiso visibili factum esse credendum est. Quodq; dicit, *Ne forte aliquando mittat manum suam, & assumat etiam de ligno vite:* ostendit, quia separari debuit à ligno vite, quia alienatus fuerat à vita. Alienatus utique inde fuit mortuus, vel etiam tanquam excommunicatus, vel quia ambigua loquutio est, potest sic intelligi: et misit illum ad hanc miseriam, si forte potuisset post labores edere iterum de ligno vite, & vivere in æternum. *Erant autem uterq; nudi:* & reliqua. Sciendum est, si vestiri fuissent, dici posset, utiq; potest, sed innocentia. Serpens à serpendo dicitur. Idcirco verò ad mulierem diabolus loquitur, quia vidit quod mulierem seduceret, & non virum: sive quia virũ tantum ad similitudinem Dei formatum putavit, & non foeminam: *Cur præcepit vobis Dominus, & reliqua.* Hæc prima interrogatio in hoc mundo fuisse dicitur. In eo verò quod dicit, *Nequaquam morte moriemini:* primo mendacium similiter. Diabolus autem idcirco de ligno scientiæ boni & mali dicitur loquere, quia Dominus prohibuit illud. Diabolus enim semper contra Christi madata suadet, qui inde etiam Sathanas dicitur cõtrarius. *Et eritis ut dii.* Hic primo unitas dividitur; & hic etiam primo idololatria orta est. Quod mulier seducta est, & nõ Adam, amobus tamen sententibus poenam, assimilatur ei, ac sic aliquis in cõventu falleretur, alter autè remaneret domi: sed tamè duo sentirent damnũ, fallacia tamen alteri reputaretur. Eva autè in quinq; rebus peccavit: id est, in sua sione, in delectatione, consensu, elatione, id est, in scientia: ut est, *Scientes bonum & malum.* In superbia, ut est, *Et eritis sicut dii. Aperti sunt oculi, i. à culpa.* Culpa enim illorum oculos aperuit, quos innocentia clausit. Aperuit autem, i. ut viderent etiam malum. Bonum autem tan um primò viderunt. Quod autem consuerunt folia fici, significat, quod immortalitatem relinquentes: quodq; ipsi consuerunt, laboriosam significat vitã: ut, *In sudore, & c.* Quodq; de amobus dicit, *Conserunt,* idolorum significat cooperationem in transgressione: vel folia fici amara, amaritudinem significant vindictæ. Quod autem dicit *folia fici,* multa dicit signa in Paradiso. Quodq; Dominum deambulante dicit, quasi instabilem significat ejectionem illorũ de Paradiso, & Dei auxiliũ ab illis fuisse ablatum. *Ad auram, sive ad vesperam:* ostendit, quod sic venit Deus, sicut invenit quem. *Post meridiẽ, i. post immortalitatem despectã ab illis.* In eo quod dicit, *In medio ligni Paradisi:* ostenditur, quod etiam nunc in illius propria voluntate, si vitam an mortẽ eligeret. *Vocavitq; Dominus Adam, & vocavit, & non ejecit.* Sic & ergo doctores decet juxta regulam Domini facere, rectè autè convenit dici, *Vbi es, diu abscondit. Vbi es Adam?* Fortitan uno nomine vocavit illos Adam, quia unum il-

Labor unde proficit.

Cur Deus hinc hominem tentari.



Terre pre
bendendū

Paradisū

los junxit peccatum. *Vbi es Adam?* Hæ partes tres significat, quod in tribus legibus peccavit. Verbum autem præfens perleverantiam in vindicta significat. Sicut autem per virum, & mulierem, & serpentem, & lignum reperitur in mundo mors, sic per virum, & mulierem, & serpentem & lignū crucis vita perditā in cælo reparatur. Prima increpatio est in eo quod dicitur *Vbi es Adam?* Secunda: *Quis indicavit tibi?* Tertia, quum ad mulierem dicitur: *Quare hoc fecisti?* Secundum hanc regulam doctores decet per ter increpare, et si etiam non sic egerit penitentiam, ejicitur de ecclesia, ut Adam de Paradiso. *Quia fecisti hoc, maledictus es:* & reliqua. Nunc corporalis serpens venenum accepisse dicitur, & prius non habuisse, pro quo maledictus dicitur. Vel si ad diabolū pertinet, maledictus dicitur, quia penitentiam agere non potest, inter omnia animalia, id est, quia suam servaverunt naturam. *Ex bestias terra*, id est, homines. *Super pectus tuum gradieris.* Serpens enim pedibus ante hoc ambulare dicitur, quod affirmare non audeo. *Et terram comedes*, i. pulvis serpenti historialiter. *Dones revertaris in terram*, i. in Paradisum, in terram communem *Quia pulvis es*, & reliqua. In hoc ostenditur, quia janua vitæ fuit. Non eodem autem ordine increpat & maledicit. Increpat enim virum primum, & deinde mulierem. Sed hoc differentia culpæ, & causa profectus facit. Maledicitur autem serpens, deinde mulier, Novissimè autem vir, secundum ordinem culpæ & delectationis. Adam de paradiso ejicitur, ne lignum vitæ comederet, & mortalis esset: quia morte sanati sumus, velut non cognovisset. Evam in Paradiso.

Alius autem de Paradiso dicit: Paradisus locus est terræ, qui nulla maris interjectione separatur: sed prudentia divina ab illo sejungitur.

Ignis etiam Cherubim ab aliis corporalis dicitur, dum corpore os eiecit, ne in Paradisum revertentur: quod etiam magnopere non confirmo. Spiritualiter autem hoc præceptum Christus accipit, & nos in illo accepimus: quia unusquisque Christianus non incongruè gestat personam Christi dicentis: *Quandiu fecisti mihi ex his minimis meis, mihi fecisti.* Dicitur ergo illi, hoc est, nobis: *Ex omni ligno Paradisi comedes.* Quod significatur spirituales delicias, fructus est spiritus, caritas, pax, & reliqua. *Non tangas lignum scientiæ boni & mali in medio Paradisi:* id est, ne velis superbi- re de natura arbitrii nostri, quæ media est, ut decepti præsentia boni experiamur, & mali. Serpens autem ille indicat diabolū, qui inde serpens dicitur, quod volubili versetur alutia. Per mulierem autem decepti, & non per virum: quia non potest ratio nostra seduci, nisi præcedente carnali delectatione.

Tribus autem modis peccatum committitur: Delectatione, suggestione, consensu. Per serpentem, suggestionem accipimus. Per mulierem, animalem corporis sensum. Per virum, rationem; serpens suadet, delectatio obtemperat, ratio consentit. Moraliter autem serpens ille versutiam hæreticorum latentem, & nova exquirentem significat. Per Salomonem ex persona hæreticorum dicitur: *A qua sursum dulciores sunt, & panis absconditus suavis. Eritis sicut dicitur.* Sic & universi generaliter hæretici divinitatis meritū profitentur, promittentes oculorum carnalium apertionem, ne interior oculus obicuretur. *Tulit mulier fructum de ligno & comedit.* Facilius enim persuadent carnales ad peccandum, quam spirituales. *Dedit viro suo, qui comedit.* Quia post delectationem carnalis concupiscentiæ etiam ratio subjicitur ad peccandum. *Converserunt folia fici.* Sic se contem- gunt, qui seculum amatum amplectuntur, quoniam pro origine voluptatis carnalis sarcientur: quiq; decepti hæretica pravitate, & gratia Dei nudati, mendaciorum teg- menta quasi fici folia colligunt, facientes sibi succindoria pravitatis, cum de Ecclesia vel de Christo minus perfecta loquuntur. *Cum audissent vocem Domini deambulantis in Paradiso, ad auram post meridiem.* Deambulat Deus in illis, non itabat: quia in præcepto illius non itabant. Et bene ad auram post meridiem, quia ab illis auferebatur lux illa ferventior veritatis, appropinquantibus errorum tenebris. *Absconderunt se*, & reliqua. In medio namq; ligni se

abscondit, qui versus à Deo, in erroris sui atq; arbitrii voluntatibus vivit. *Vocavit autem Deus Adam, & dixit, Vbi es?* Ergo non desperandum est quibuslibet peccatoribus, dū & ipsi impii ad ipem indulgentiæ provocantur. Dicitur autem post hæc serpenti, *Maledictus es inter omnia animalia terra: super pectus tuum & ventrem repes.* Pectoris nomine significatur superbia mentis: nomine autē ventris, significatur desideria carnis. Aut enim terrena cupiditate decipies, omnibus diebus vita tua: i. omni tempore quo agis hanc potestatem. *Inimicitiam ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen ipsius.* Semen diaboli, suggestio perver- sa est. Semen mulieris, i. mentis, fructus est boni operis, qui pervertit suggestioni renititur. *Ipsa caput tuum conteret, sed illum mens in initio malæ suggestionis excludat.* Ile insi- diatur calcaneo illius: quia quos prima suggestionem non decipit, decipere in fine tendit, quidam hoc quod dictum, *Inimicitiam ponam inter te & mulierem:* de virginem in qua natus est Deus, intelligunt. Semen Mariæ virginis, Christus est: semen diaboli, pervertit homines. Tu illum supplantabis, ut moriatur: i. te victo resurget. *Caput tuum conteret, quod est mors.* In dolore paries filios tuos. Voluntas enim carnalis, cum aliquā malam consuetudinem vult vincere, patitur in exordio dolores, & super meliorem consuetudinem parit opus bonum, quasi filios. *Conversio tua ad virum tuum, & ipse tibi dominabitur.* hoc significat, quod carnalis voluntas, quæ cum dolore gignit filios, ne corrumpat. obtemperet rationi, quasi viro dominanti. *Vocaturq; de hinc mater cunctarum viventium:* i. rectè sanctorum, quibus peccata contraria sunt, quæ significatur nomine mortuorum. Per sententiam autem, quæ fertur in virum, ratio nostra arguitur: quæ si à Paradisi beatitudine remota fuerit, habet maledictiones terrenæ operationis, habet dolores temporalium curarum, quasi spinas & tribulos. Sic autem dimittitur à Paradiso beatitudinis, ut operaretur terram: i. ut in corpore isto laboret, & collocet sibi meritum redeundi ad vitam, quæ Paradisi nomine significatur, & possit manum porrigere ad lignum vitæ, & vivere in æternum. Manuum autem porrectio significat crucem live cruciatum penitentia, qua vita recuperatur. *Accipitunicam pelliceam,* quo nomine significatur corporis mortalitas. Cherubim interpretatur plenitudo scientiæ. Framea verò versatilis, posita ad custodiendam viam ligni vitæ, corporales panes intel- liguntur. Nemo enim potest pervenire ad arborem vitæ, nisi per has duas res, tolerantiam molestiarum, & scientiæ plenitudinem: id est, per charitatem Dei & proximi. Plenitudo enim legis, charitas.

CAPIT. IV.

Adam vero cognovit uxorem suam, qua concepit & peperit Cain, & rursus peperit Abel. Cain interpretatur acqui- sitio vel possessio, quia dixit Eva, *Acquisivi hominem per Dominum.* Nativitas duorum filiorum Adam, similitudinem habet duorum populorum. Sicut Cain sacrificium ex ter- ræ fructibus prebatur, Abel autem sacrificium ex ovi- bus, & earundem adipe suscipitur: ita novi Testamenti fi- des ex innocentia gratia Dominū laudans, veteris Testa- menti terrenis opibus anteponitur. Unde autē scivit Cain, quia ad munera Abel respiceret Deus, & ad sua non re- spiceret nisi quia vera est Theodotianis interpretatio, qua dicit, *Inflammarit Deus super Abel, & sacrificiū illius.* Super Cain vero non inflammarit, utiq; per ignē. Ignem autem ad sacrificium devorandū solitum venire de cælo, ut in dedi- catione templi sub Salomone, & in monte Carmelo sub He- lia legimus. Paulisper ad exordium redeamus, & interro- gemus hoc nomen, quod est Adā, quomodo in tribus lin- guis vocetur. Vocatur autē Hebraicè Adā. Græcè anthro- pos, Latine homo. Dū autē de nomine sermo agitur, sciē- da est dignitas nominis in tribus supra dictis linguis. Apud Hebræos autem nominis dignitas dicitur in multitudine interpretationum, ut Adam multis interpretationibus in- terpretatur. Adam quippè homo, humus, terrigena, terra- que rubra & sanguinea, & genitor; & ille interpretationes in humo, & in sanguine, & in terra, & in creatione retinet dignitatē. Apud Græcos verò in multis connexionibus, ut

est illis

est illis de Sara visum, alterum ro adderet: Latini vero adderet. Latini vero dignitas est nominis ex multitudi-
 ne, ut Publius Cornelius, & Scipio Africanus. Idcirco vero nomen Adam quatuor literis scribi convenit, quia quatuor substantiis, id est, humido & arido, calido & frigido. Et quia in quatuor mundi partibus dominaturus esset, & quia secundus in Adam significatur, id est, Christus, qui in quatuor Evangeliiis enuntiatur, & per quatuor leges. Una vero de his duplicata, significat mutationem Adam de paradiso in terram communem, & a terra communi ad paradisum. Adam primus & novus convenientiam habent in quatuor literis, & in quatuor legibus: differentiam vero in eo, quod dicit Apostolus: Primus Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum viventem, primi litera mutantur, secundi vero non mutantur: quod significat primi mutationem, & secundi immobilitatem, ut est Terragrammaton, id est, nomen Domini scriptum quatuor literis Hebraicis, id est, jora, vau, he, heth. Nomen autem quod scriptum est his quatuor literis in lamina aurea, dicere non possimus usque ad diem iudicii. Hæc quatuor litera nominis Adam propria habent nomina in partium nominibus, id est, anatole, diis, actus, melibria: id est, oriens, occidentis, septentrio, meridies. Et hæc proprietas significat dominaturum Adam in quatuor supradictis partibus mundi, in eo quod hoc nomen ab incipit, significatur quod inter Angelos primum tenet. Et Adam ille secundus, qui juxta Apostolum Christus est, in honore etiam in ordine literarum a primo ponitur. Hic etiam alii interrogant, quis Adam primò nominavit, & cæteras interrogationes. Quarum tantum solutiones ponimus, dicentes, quod Deus Adam primò nominavit, dicendo: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Adam autem nominavit cuncta animalia, dicente Spiritu per Moysen: *Et adduxit eam ad Adam, ut videret quid vocaret illa.* Et in his supradictis significatur dominatio Domini super Adam, & Adam dominatio in cunctis animalibus. Adam propriè nominatur à Domine dicente: *Faciamus hominem:* vel appellativè, ut alii, sed facilius est propriè dici tunc in comparatione animalium. Hæc vero litera in tribus linguis ita vocantur: aleph, alpha, a: daleth, delta, d: mem, mi, m. E quibus apud Hebræos mem, mutat litera figuram, cum in principio & sine distinctionis ponitur. *Concepti in utero, & peperit,* id est, foras. Conceptio ab aliquibus assimilatur, si non peccasset Adam cooperationi manuum unius hominis sine ulla voluptate. Quidam dicunt spiritualiter significari, in eo quod dicit: *Cognovit uxorem suam,* id est, Christum & synagogam Judæorum. Quæ concepti in lege naturæ, & peperit in lege literæ. Vel in lege literæ concepti, & in novo peperit. Non incongruè per Cain populum Judaicum significatur, pro quo synagoga gratias agit, sicut Eva pro illo, & pro bonis terræ Domino serviebat, ut est: *Quæ bona sunt terræ, manducabitis,* sicut hic agricola fuisse scribitur. Moraliter vero per Adam, sensus perfectus, & per Evam caro: per Cain vero sensus mali, per Abel boni, qui cæteros sensus custodiunt, ut hic ovium pastor fuit. *Post multos dies,* id est, donec haberet quod offerret. & hic ostenditur, quod Deus ab homine non exigit quod non habet. *Dixit autem Deus ad Cain: Si rectè offeras, & rectè non dividas, peccasti.* Quia est Judæi multa rectè fecerunt, in eo tamen infidelitatis rei sunt, quia Christo veniente tempus novi Testamenti à tempore veteris non distinxerunt. Quia si obtemperasset Cain Deo, ad iustus intelligentiæ gratiæ, dominaretur ipse peccato suo, & non occideret fratrem innocentem. Sic & Judæi, in quorum figura geiebantur hæc, quiescerent à sua perturbatione, tempus salutis & remissionis peccatorum cognoscentes: audirent Christum dicentem, se non venisse vocare iustos, sed peccatores: ut converterentur à peccato suo, & in confessione salvarentur. Nunc autem ignorantes Dei iustitiam, & suam quærentes statuerè, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Et exarserunt in iracundia contra Christum, cuius videntes opera accepta Deo esse, doluerunt. Occiditur Abel, junior à fratre maiore, occiditur Christus, caput populi minoris à populo Judæorum.

Nome si benè egeris, recipies, i. abundantiam vel ignem. Si autem malè, utque adheret peccatum tuum in foribus: signum mendicitatis intelligitur. In eo verò quod dicit: *Sed sub te eris, poenitentiam committit: appetitus illius, i. peccati: & tu dominaberis illius.* Ac si aperte diceret: Sub tua potestate est, si benè vel malè egeris. Quod autem Cain dicit: *Egre diamur foras, in dolo loquitur, quodque de illo Spiritu dicit: Cùm surrexit, Cain, significat cum odio, vel diabolo fugerente. Vbi est Abel frater tuus?* Non tanquam ignarus, cùm à Deo dicitur, interrogat; sed tanquam iudex reum, què punit. Usq; nunc cùm interrogamus Judæos de Christo, nescire se Christum respondent. Essent autè quodammodo Christi custodes, si Christianam custodirent fidem.

Dicit Deus ad Cain: Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Sic arguit in Scripturis vox divina Judæos. Habet enim magnam vocem sanguinis Christi in terra, cùm eo accepto ab omnibus genibus responderetur, A mea. Hæc est vox clara, quam sanguis ipse exprimit ex ore fidelium. In eo quod dicit: *Frater tuus,* commemorat cogitationem eorum, ut poenitentia compungerentur. *Maledictus eris super terram.* Illa quam Deus dedit femini Abraham, in qua Christi sanguinem fuderunt. Vel certè à terra, i. ab Ecclesia, quæ aperuit os suum in confessione peccatorum: accipere sanguinem Christi, qui effusus est in remissionem omnium peccatorum de manu persequutoris, nolentis esse sub gratia, sed sub maledicto. Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. *Cùm operatus fueris, nõ dabitur tibi fructus.* In terra enim, quam Christus portavit, id est, in carne ejus operati sunt salutem nostram, crucifigendo Christum: suam autem perditionem. Undè resurgens, iis à quibus crucifixus est, non apparuit. Historialiter verò Cain maledictus est mendicitate. In eo verò quod dicit: *Maledicta terra,* & reliqua, usque, *De manu tua, potest intelligi, quia sanguis iustorum fructus terræ diminuit, non autem sanguis vindictæ secundum legem. Vagus & profugus,* sive, ut Septuaginta translulerunt, *gemens & tremens.* Ecce quis non videat, quomodo sit vagus & profugus populus Israël, in gentibus gemens amillo regno, & tremens timore sub Christianis innumerabilibus. Idèdque respondit Cain dicens: *Major est iniquitas mea quam ut veniam merear, & reliqua.* Verè Judas vagus & profugus gemit & tremet, ne regno etiam terreo perditio, ista vilibili morte occidatur. Hanc dicit majorem causam, quam illam, quòd Judæis terra nostra non dat fructum suum, absconsusq; à facie Dei, iratù habet Deum. Cain verò septem peccata reputantur. Primum, quòd male divisi, ut est: *Ad Cain verò & ad numerum ejus non respexit.* Secundum verò, quòd invideret, ut: *Iratusque est Cain.* Tertium, quòd tristis fuit, ut: *Concidit vultus ejus.* Quartum, homicidium, ut: *Interfecit eum.* Quintum, mendaciù, ut: *Qui respondit, nescio.* Sextum, quòd poenitentiam non egerat, ut: *Quid fecisti? utque, ad me.* Septimum, quòd se ipsum desperavit, ut: *Major est iniquitas mea quam ut veniam merear.* Quod autem dicit: *Nequaquam ita fiet,* sic intelligendum, quasi dixisset, non sicut dicitis: Omnes occident te, sed unus. Quodque sequitur: *Posuit Deus in signum, sic istud in illo intelligendum est, quod dicit: Nequaquam ita fiet.* Hæc verò quæ inter Abel & Cain acta sunt, possunt etiam moraliter ad sensum bonum malumque referri, ut per effusionem sanguinis Abel sensus boni à malo averfè intelligantur: & sicut superius dictum est, ad Christum & ad populum Judæorum, quia ambo filii synagoge sunt. Qui etiam Christum foras ducit, i. extra civitatem Jerusalem ad crucifigendum, atq; cum diabolo, vel cum odio Christi in hoc opus confurxerit: *Nunquid custos sum? nunquid ego sum rabbi?* significare putatur. *Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur,* sive, ut Septuaginta translulerunt, *septem vindictam exolvat.* Differamus primùm juxta historiam, quid significat: *Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur.* Certè noluit Deus illius compendio mortis finire cruciatum. Videretur enim illud desiderasse Cain, cùm dicit: *Omnis qui invenerit me, occidet me,* & quodammodo loquitur ad illam Deum, non ut tu æstimas, morieris, & mortem pro remedio accipies: vives usque ad septimam generationem,

Vox sanguinis.

Quid sit occidere Cain.

& conscientia igni torqueris. Aut quicumque te occiderit, aut in septima generatione, aut magno cruciatu te liberabit. Non quod ipse qui occiderit Cain, septem ultionibus subjiendus sit: sed quod septem cruciatibus illum absoluit, qui in Cain tanto tempore concurrerunt, aut in septima generatione occidendus sit. *Adam quippe genuit Cain, Cain genuit Enoch, Enoch genuit Gaidad, Gaidad genuit Malaleel, Malaleel genuit Mathusalem, Mathusalem genuit Lamech*, qui septimus ab Adam non sponte occidit Cain. Juvenem autem occidisse se dicit, non quia juvenis esset, sed vagus & instabilis erat. Spiritualliter autem quis non videt, quod omnis qui perdidit genus impium carnalium Judaeorum, septem vindictas exolvat? id est, auferat ab illis septem vindictas, quibus alligati sunt propter reatum oculi Christi in hoc tempore, quod septenarius dierum numero volvitur. *Posuit Deus Cain in signum, ut non interficeret illum omnis qui invenisset.* Gens enim Judaea live paganus Regibus, live Christianis, non amisit signum legis & circumcisionis: & omnis qui illos cum ipso signo invenit, non occidit. *Exiit ergo a facie Dei, & habitavit in terra Nud.* Naid in Hebraeo Nod dicitur, quod interpretatur commotio, vel instabilis: & non tam nomen loci, quam instabilis Cain, live Judaeorum designatur. Habitat enim profugus in commotione & in perturbatione carnali contra jucunditatem Dei, hoc est, contra Eden.

Naid quid sit.

Femina quare non sit in progenia Seth. Prima civitas.

Citharista primus Jubal.

Faber primus.

Cognovit autem Cain uxorem suam, & concepit, & peperit Enoch, & edificavit civitatem. Impiorum progenies in ipsa mundi origine civitatem confluxit, quia omnes impii in hac vita fundati sunt, ubi habent thesauros: sancti vero hospites sunt & peregrini. Unde & Abel tanquam peregrinus populus Christianus, in terra non condidit civitatem: superna est enim civitas iustorum. Ille enim interpretatur possessio vel dedicatio, in cuius nomine condita est civitas, id est, Jerusalem terrestris, ubi nihil plus quam quod cernitur, speratur. Et notandum quod in progenie Seth nulla progenita femina memoratur, sed in progenie Cain. Carnales enim maritorum atque feminarum conjunctione proveniunt. Alii dicunt, in eo quod dicit: *Cognovit Cain uxorem suam*, significat quod vindicta delinere, si Cain uxorem non accepisset. *Vocavitque nomen illius, utque Enoch.* Hic primò in Scripturis civitas ex nomine hominis vocata, & per hoc etiam designari idololatria potest. Per Cain malus sensus, vel intelligitur unusquisque peccator. Qui cognoscit uxorem suam, id est, carnem subditam peccatis, quae concepit in cogitatione, & peperit in malo opere peccatum. Quodque sequitur: *Edificavit*, significat malum sensum vel peccatorem, peccatum statim non relinquere, sed augere. Hujus autem genealogia commemoratur, ut veritas generationis à Cain & Lamech nuntiaretur. Cain autem praefigurat populum haereticorum, alios haereticos generantem. Lamech autem primus duas uxores accepit: ac si diceret, primus adulterium perpetravit. Jubal primus edificans domus, ut alii, vel primus ex custodientibus pecora. Jubal primus citharista fuit. Per Lamech autem populum haereticorum cum duabus Ecclesiis haereticis, vel in bonam partem, Christum cum suis duabus Ecclesiis significat. Per Jubal populum Judaeorum habitantem in tentoriis, id est, in hujus seculi. Per Jubal populus Christianus in gentibus, canens citharà, i. historiam & organo, i. sensu. Tubalcain primus faber ferri, & ararius: unumquemque sanctum significat sui corporis & animae custodem.

Dixitque Lamech uxoribus suis, & reliqua, usque: De Lamech vero septuagies septies. Secundum historiam dictum est, quod ad Adam usque ad Christum septuaginta & septem generationes sunt, quibus peccatum Lamech, id est, totius mundi, sanguinis Christi effusione solutum est. Dicunt quidam, lxx. animae receptae sunt in diluvio de genere Lamech, & in hoc numero de Lamech factam vindictam. Si quidem & in populo Judaeorum, propter interfecionem Christi, lxx. vindictae sunt statuae, juxta illud: *Non solum septies, sed septuagies septies si poeniterit, fratri remittendum ad indulgentiam Christi.* Alii Cain septem- pliciter peccasse dicunt, & ob hoc septem- pliciter punien-

dum pro peccatis, quae enumeravimus antea. Idcirco autem non sunt similes vindictae in Adam, & in Cain, Lamechque: quia qui posterior peccaverunt, majorem Dei notitiam habuerunt, etiam per praecedentes vindictas, quas prius accidisse scierunt. Sic enim nunc in tribus legibus vindicta observatur. Dicitur quoque, quod Lamech, vindicta etiam adulterii causa addita sit. Quando autem Lamech Christum significat, occisio Cain diabolum occisum demonstrat. Quod à Christo suis uxoribus, id est, Ecclesiis, nuntiatur: quibus imperat, ut suum sermonem auferant. Quodque dicit: *In vulnus meum*, significat diabolum propter lasciviam in morte Christi occisum. Et *adulescentulum*, id est, diabolum propter lasciviam & aeternitatem. In livore meo, id est, non sine dolore. A lier occisio Cain, sensus boni occisionem, vel populi Christiani demonstrat, quando per Lamech haereticus demonstratur.

Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam, & peperit filium, & vocavit nomen illius Seth. Ex Seth natus est filius, quem vocavit Enos. Seth interpretatur resurrectio, qui est Christus, Enos autem interpretatur homo, qui cepit invocare nomen Domini. Quid hoc intelligi, nisi quia in confessione vivit omnis homo, qui est filius resurrectionis, quamdiu peregrinatur in terris? live Enos cepit invocare nomen Domini, ut Hebraei arbitrantur, quod tunc primum idolum fabricatum est in similitudinem nominis Domini, Enoch septimus ab Adam, qui translatus est, & placuit Deo: septimam requiem significat, ad quam transferretur omnis homo, qui sexto die, id est, sexto aetate seculi, per Christi adventum formatur. Quod autem per Seth ab Adam usque ad Noë denarius numerus insinuat, complementum mandatorum in Ecclesia operibus figuratum. Quod vero progenies ex Adam per Cain undenarius numero finitur, transgressio mandatorum est, live peccatum. Si enim addantur Lamech, qui est septimus ab Adam, tres filii: & una filia completitur undenarius numerus. Unde & ipsa filia Lamech Noëma, i. voluntas interpretatur. Ille cepit invocare nomen Domini. Alii dicunt in hoc intelligendum esse, quod aliud nomen de duodecim nominibus Domini, quibus apud Hebraeos vocatur, primo Enos reperisset, quod est Ha. Spiritualliter per Adam & uxorem, Christus & synagoga significatur: unde natus est filius, i. populus gentium in fidem, qui recte Seth nominatur, i. positus in veritate. Quod autem dicit: *semen aliud pro Abel*, significat bonos novi Testamenti, pro Patriarchis, & Prophetis, & Martyribus, qui occisi sunt à mala parte populi Judaeorum. Enos autem successores populi Christiani significat, qui nomen Domini invocant. Moraliter vero per Adam & uxorem suam sanctus quilibet & caro demonstratur. Per filium, de nris perfectus; per semen aliud pro Abel, boni sensus pro bonis.

C A P U T V .

Hic est liber, usque Adam) Hoc significat dictionem Evangelistae dicentis: *Libere generationis Iesu Christi apparuit, &c.* Hoc verbum proprie de Deo & Angelo, live diabolo dicitur: & genuit, usque suam, id est, quia Adam ad imaginem & similitudinem Dei factus est: homines autem ad similitudinem Adae facti sunt.

Vocavitque nomen illius Seth.) In hoc ostenditur, quod spiritus scientiae & prophetiae invocatione filiorum suorum non sit raptus ab Adam.

Per annos Adam 939, virtutes & tres leges significantur, vel spes, fides, charitas, vel tempus aetatis Christi. Per hanc genealogiam significatur generans sanctos doctores, qui & ipsi alios generant. Quod autem anni filiorum Adam decreverunt, significat quod munendi essent anni generis post se.

Et ambulavit Enoch cum Domino.) id est, in conversatione, ambulavitque cum Domino, id est, in ascensione, figuram Christi tenens.

Et vocavit nomen illius Noë.) In hac invocatione praesentia est Lamech dicentis: *Iste nos consolatur, usque manuum nostrarum.* Noë interpretatur consolatio vel consolator, quia homines in diebus Noë consolati sunt, dum à peccato

extirpatis

extincti sunt in diluio. Aliet Noe requies interpretatur, quia requiem in arca omnibus animatibus præstitit. Noe requies interpretatur, quia in illius tempore omnia alimenta requieverunt per diluuium, & ideo requies. Quod autem dicit, *Erunt dies illorum centum viginti annorum*, hoc est, habebunt centum viginti annos ad agendum poenitentiam non constitutum tempus humanæ vitæ. Arca autem, quantum ex his quæ distribuuntur, apparet quatuor angulis, ex uno conflurgens, eisdem paulatim usque ad summum, in angulum adtractis, in spatium unius cubiti fuit collecta. Sic enim refertur, quod in fundamentis illius trecenti cubiti in longitudine: in latitudine verò quinquaginta sunt positi: triginta autem in altitudine, sed collecta in cacumen angustum, ita ut cubitum sit latitudinis & longitudinis illius. Habitationes autem in illa ad hoc factæ videntur, ut per singulas mansiones diversa animalium vel bestiarum genera facilius secerni possent. Tradunt autem Hebræi, quod Moyses, qui, ut de illo scriptura dicit, omni sapientia Ægyptiorum eruditus fuit: secundum autem Geometriam, quam præcipuè Ægyptii colunt, cubito: unum numerum in hoc loco posuit. Apud Geometras enim, secundum illam rationem, quæ apud illos virtus vocatur, ex solido & ex quadrato, vel in sex cubitos unum deputatur. Noe autem per omnia significat Christum. Noe autem requies interpretatur. Et Dominus dicit in Evangelio: *Discedite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris*. Noe solus iustus, Christus solus sine peccato est. Cui septem animæ homines donantur, id est, perfecti homines, per septiformem gratiam. Noe per aquam & lignum liberat suos, Christus per crucem & baptismum liberat Christianos, Arca constituitur de lignis non putrescentibus, Ecclesia instruitur hominibus in sempiternum virtutibus. Arca enim illa ecclesiam significat, quæ nara in fluctibus mundi hujus. Quod autem dicitur esse de lignis quadratis, stabilitatem vitæ iustorum significat. Intus & foris: id est, sive ab his qui intus sunt, sive ab his qui foris sunt, nunquam dissolvantur. Conteritur sanè populus hic qui salvatur in ecclesia, illis hominibus sive animalibus, qui salvati sunt in arca. Quorum quia non unum est omnium meritum, non unam habent in arca mansionem. Licet enim in ecclesia omnes intra unam fidem continentur, atque uno baptisinate diluantur, non tamen idem omnibus perfectus est, de quibus dicitur: *Homines & iumenta salvabis Domine*. Multitudo irrationabilium juvenorum, vel etiam bestiarum, in interioribus locis habetur. Hi autem qui per rationabilem scientiam vivunt, in superioribus sunt, qui sunt valde pauci. *Multi enim sunt vocati, pauci verò electi*. Non conveniunt in Noe verba Lamech patris sui, dicitur: *Isse consolatur ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra cui maledixit Dominus*. Sed in Christum conveniunt verba hæc. Quod autem trecentorum cubitorum erat longitudo arca, centenarium numerum significat esse perfectum & plenum. Et sicut in evangelio legimus, ubi dicit: *Quia habens quis centum oves, ex quibus quum perisset una, relicta nonaginta novem in montibus, descendit quaerere illam qua perierat*. Hic verò centenarius totius creaturæ rationabilis numerus, quando non ex semetipso subsistit, sed ex Trinitate, descendit, & longitudinem vitæ, hoc est immortalitatis gratiam ex patre per filium & Spiritum sanctum suscipit. Idcirco ponitur triplicatus, ut qui per ignorantiam ex centenario numero lapsi sumus, per agnitionem Trinitatis restitutamur in trecentos. Latitudo quinquagenarium numerum tenet, qui numerus remissioni & indulgentiæ consecratus est. Secundum legem enim quinquagesimo anno remissio fuit. Spiritualliter ergo Noe Christus in carne sua, id est, in ecclesia sua hunc quinquagenarium numerum collocavit. Nihil enim remissionem peccatorum donasset credentibus, non fuisset per orbem terrarum ecclesiæ latitudo diffusa. Triginta autem altitudinis numerus simile ut ecc. continet sacramentum, Quod autem ibi centeni, hoc hic deni tertio multiplicati faciunt. Ad unum autem totius constructionis numerum summa vocatur, quia unus

Centenarium numerum quia significat.

Deus pater, ex quo omnia, & unus Dominus, & una ecclesie fides, & unum baptismum. Multa de his per otium in scripturis invenies. Triginta annorum Joseph educitur de carcere. Triginta annorum refertur Jesus, quum venit ad baptismum. Quinquagesimum diem & festum in novarum frugum consecratione reperimus, & de Madianitarum spoliis Domino quinquagesima pars debebatur. Cum trecentis viris Abraham vicit Sodomitas, & Geodeon cum trecentis viris lingua aqua labentibus superavit. Quod autem additur, *Illi fuit à latere*: sacramentum remissionis peccatorum est, quod de Christi latere emanavit. Quod iuxta septuaginta interiora arca bicamerata, aut tricamerata distinguuntur: quia ecclesia congregat multitudinem bipartitam, propter circumcissionem & præputiam. Aut tripartitam, propter tres filios Noe, quorum progenie repletus est universus orbis. Quod autem septena sunt munda, & bina immunda animalia inveniantur, non quia pauciores mali sunt quam boni: sed quia boni servant unitatem spiritus septiformis, mali autem in binario numero ad schismata faciles distribuuntur. Quod autem octavus ipse Noe, quia in Christo spes resurrectionis nostræ apparuit, qui octava die post sabbatum resurrexit. Præter arcam verò nulla caro salvatur, quia præter ecclesie unitatem aqua baptismi quamvis eadem sit, non solum non valet, sed etiam valet ad perniciem. Quadraginta autem dies & quadraginta noctes, in quibus diluuium pluit, decem præcepta evangelico numero sociata demonstrat. Quod autem quindecim cubitis supercrevit aqua, excedens altitudinem montium: sacramentum enim quietis & resurrectionis transcendit ecclesie altitudinem. Per singulos autem numeros, qui hic positi sunt, potest unumquisque advertere sacramentum. Quod autem de corvo dicitur, quod non est reversus ad Noe, aut aquis utique, interemptus est, aut alicui mortuo cadaveri superna tanti iniectus: significat homines in immunditia cupiditatis terretimos, ad illa quæ foris sunt, in hoc mundo intentos. Quod columba missa, non inventa requie reversa est: ostendit, per novum Testamentum requiem sanctis in hoc mundo non esse promissam. Quod autem oliva fructuosum surculum retulit, significat nonnullos etiam extra ecclesiam baptizatos, si illis pius gredo non defuerit charitatis, posteriori tempore in orbe columbæ, tanquam osculo pacis, ad unitatem posse perducere. Quod autem post alios septem dies dimissa, non est reversa: significat finem seculi, quando erit requies non adhuc in sacramento spei, quo in hoc tempore confociantur, quamdiu videbitur, quod de Christi latere manavit: sed jam in ipsa perfectione salutis æternæ, quum tradetur regnum Deo & patri, & ut in illa perspicua contemplatione incommutabilis veritatis nullis ministris corporalibus egeamus. Cur sexcentesimo & uno anno vitæ Noe i. paradisi sexcentis annis, aperitur arca restum? Finita quippe sexa mundi ætate revelabitur absconditum sacramentum atque promissum. Cur vicefimo & septimo die secundi mensis dicitur sicca terra, tanquam finita esset baptizandi necessitas, in numero dierum quinquagesimo & septimo? Ipse est enim dies secundus mensis vicefimus septimus, qui numerus ex illa conjunctione spiritus & corporis septies octonarius habet, uno addito propter Trinitatis vinculum. Divisi autem arcam intrant Noe & filii illius, & uxor illius, & uxores filiorum illius: conjunctioni autem egrediuntur ex arca. Sic autem ponitur Noe & uxor illius, & filii illius, & uxores filiorum illius, propter continentiam necessariam in arca, quali in ecclesia: & propter creationem filiorum extra arcam: quia quum salvati per arcam spiritualem resurrexerimus, adhærebit caro spiritui, pace perfecta. Nunc autem interim adversantur sibi invicem. Quid significat divisus Noe & uxor illius, & filii illius divisi ab uxore, in tempore diluvij? Quod dantur illis in escam omnia animalia, sicut Petro dicitur, *Occide & manduca*. Quod abjecto sanguine iubentur manducare, ne vita pristina quasi suffocata in conscientia teneatur, sed habeat tanquam effusionem per confessionem. Quod verò posuit Deus testamentum inter se & homines, arcam scilicet in nubibus, ne perdat illos diluuium. Illi enim ne pereant

diluio,

diluvio, qui in Prophetis & in divinis scripturis, tanquam in Dei nubibus Christu agnoscunt. Ab initio hujus sectionis breviter tangamus, que in hac expositione prætermissa sunt. Sem, Cham, & Japhet, Hebraice dicuntur, quorum interpretatio, posito callida, latitudo Latine sonat, propter scientiam, sicut vocati sunt. Quisq; etiam in arca cum Noe tres populos cum Christo in Ecclesia, hoc est legis naturæ & literæ, quæ & Evangelium significare dicuntur. In eo autem, quod videntes filii Dei, semen Seth significat. Seth quidem semen non incongruè filius Dei dicitur, quia pro Abel natus est, ad cuius munera Dominus respexit. Per filias verò hominum, filia seminis Cain intelliguntur, quarum copulatio cum semine Seth, causa diluvii super terram, quod etiam Judæis frequenter accidit. Vindicta causa uxorum gentiliu significatur Ecclesia, quæ usq; nunc filii Dei, i. bonæ cogitationes, malas accipient cogitationes, quæ per filias hominum ostenduntur: Pulchra dicuntur, i. delectabiles. Dixitq; Deus, Non permanebit spiritus meus in homine: id est, spiritus vivificationis, quia caro est, ac si diceret, quia fragilis, & ad peccandum facilis. Aliter per spiritum in hoc loco spiritus ita intelligitur: quasi dixerit, Quia fragilem habent materiam homines, non in perpetuum irascant illis: ut alibi de hoc dictum est. Non illos reservabo ad æternos cruciatus, sed hic restitutam, quod merentur. Gigantes qui hic dicuntur indicant magna peccata: etenim magnitudine peccati nati sunt. Quodq; dicit, Viri famosi: sic intelligendum est, quasi dixerit, superbi vel fortes. Dominus autè hic peccata dicitur, sed more hominu. Et hæc prima peccata Domini in scripturis invenitur de creatione hominis: quod homine fecisset in terra, & hoc historialiter. Vel quod illum fecisset in arbitriu, dñ nihil proficiebat, sed peius ac peius peccavit. Et precavens in futurum, i. ne adderent in futurum, i. ne adderent amplius peccata. Vel quia homines cum Gigantibus vivere non possunt; ab homine, usq; ad jumeta, in quo nihil dimidium reliquit. & per hæc vitia animæ corporisq; possunt intelligi. Noe verò invenire gratià corà Domino dicitur, nõ quia ipsius bonitas Domini prævenit, sed justè in aliorum comparatione fuit. Nemo enim naturaliter bonus, nisi solus Deus. Noe vero justus atq; perfectus, i. ore & opere; ut de Domino canitur: *Iustus Dominus in omnibus viis suis & sanctus in omnibus operibus suis. Corrupta est terra, id est, fructus illius corrupti sunt iniquitate. Omnis quippe, usq; viam suam, id est, naturam suam. Bitumen & pix, idem dicuntur. Bitumen autem lutu est. Cubitu autem dicitur sex palmi, à pollice usq; in extremu digiti: sed tamen superius dictu est, quod Agyptioru cubitis Moyses arcam mensus est: è quibus unus sex de Romanis cubitis: enet. Fenestram, i. obliquum, ut putatur, ut pluviam & ventum intrare non sineret, & lux tamen per illam intraret. Cænacula & trilega & manjuncula, idem sunt. Ponamq; sedus mentia: i. tibi ero cooperator. Bina immunda in arcam causa creationis tantum introducuntur. Septena de mundis, causa oblationis illorum post diluvium. Spiritualiter autem in eo quod dicit, *Fac ibi arcam*: consilium patris potest intelligi ad filium de assumptione carnis. De lignis levigatis, i. de Judæis lege fabricatis. Noe cum filiis suis in supremo loco, i. Christus cum Apostolis suis: aves verò in secundo loco, id est, sancti. Pecora in tertio, id est, innocentes. Bestia in quarto, id est, mundiales. Per quintum autem locum cum Mercuribus, infernus designatur. Aliter per hæc quinque ascensiones Ecclesiæ ostenduntur, i. catechumeni, baptisati, conjugati, poenitentes, sancti. Per bitumen patientia & continentia corporis & animæ designatur. De mensura arce abundè dictum est. Quod autem numerus major mundorum animalium quam immundorum, significat plures esse cum Christo in Ecclesia, & in futuro mundos quam immundos. Pluvia post septem dies, pluvia voluntaria post veterem legem potest intelligi; de qua dicitur: *Pluviam voluntariam dabis Deus hereditati tue. Super terram, id est, fecit Noe omnia: hoc est in figuram Christi obedientis patri usq; ad mortem, & uniuscujusq; sancti. Quod dicit, Propter aquas diluvii: ostendit quod per baptismum, vel causa persequutionis in Ecclesia itur. Quod autem**

Bitumen: Pix.
Cænacula.
Cænacula, Trilega, manjuncula, idem.

dici, Septem diebus, baptismum post vetus testamentum ostendit, vel iudicium post præteritum seculum. Rupta sunt omnes abyssi magna, i. testimonia veteris Testamenti versa sunt in sensum spiritualem. Quodq; dicit, *Inclusit illam Dominus*: ostendit Christum suam custodire Ecclesiam à persequutionibus. Operisq; sunt omnes montes sub univertu celo, i. etiam cum Paradiso, dum in terra est, live excepto Paradiso, dum à Cherubim custodiebatur. Quod autem dicit, *Omniem carnem consumpsit*: hæreticos præcavet, existimantes alios diluvium evasisse, ut de Machusala dictum est *Et eduxit spiritum, i. ventum: & imminuit sunt aquæ, i. hæreses & persequutiones; per caracactas cœli, superbos ostendit. Quodq; dicit, *Evanesce & redemptus*: significat vindictas in persequutores & hæreses, in hæreticos revertentes. Corpus dimissus, & non reversus, figuram peccatoris vel diaboli tenet, ad regnum Dei non revertentis. Columba verò Adam significat, ad Paradisum revertentem per Christum vel unumquemq; justum ad Ecclesiam: cuius pes, i. sensus in hoc mundo non requiescit. *Inlucit in arcam, i. Christus, auxilio suo ad Ecclesiam venientes. Ramus oliæ in ore columbæ, confessionem Trinitatis significat in ore uniuscujusq; sancti. Cum virentibus foliis, i. operibus perfectis. Aliter Spiritus sanctus per columbam designatur in doctrina spirituali pacem portans, cessantibus hæresibus vel persequutionibus super terram, i. Ecclesia. Per alios septem dies novum Testamentum post vetus ostendit. Noe egrediens de arca cum vxore sua, significat Christu Ecclesiam suam post persequutiones ad cœlum ducentem. Altare verò à Noe edificatum, Ecclesiam novi Testamenti ostendit: in qua tam de gentibus quam de Judæis holocausta offeruntur, i. corpora & animæ in odorem Domino suavitatis. Non male dicuntur terræ, i. in vindicta historialiter, vel Ecclesiæ in novum propter peccatores. *Semenis & mssis, i. doctrinæ & scripturæ. Per frigus & æstatem, castitatem & fidem significat. Hyems etiam castitatem significat. Per noctem & diem, vetus & novum Testamentum. Aliter si in malam partem per semenem & messem, doctores & scripturas hæreses ostendit. Per frigus & æstatem, infidelitatem & voluntatem. Per noctem & diem, hæreses in utroq; Testamento.***

C A P I T U L U M IX.

Benedixit Deus Noe usq; ad, *Omnia tibi dedi.* Id est, Pater Christi cum Apostolis suis. *Et terror vester, ac tremor sit:* hoc pro oblatione dicitur, vel quasi hæc consolatio datur post vindictam. *Omnes pisces maris manibus vestris traditis sunt:* i. sub timore ad manducandum, & omne quod movetur usq; cibum. Hic prima caro manducari imperatur. Quod *carnem cum sanguine non comedatur:* id est, licet de corpore discernatur, tamen non docet de anima.

Quicumq; effuderit humanum sanguinem usq; illius. Hic primum mandatum post diluvium vindicatur: & hæc est Prima prohibitio.

Arcusq; meus in nubibus, & videbo illum. Hic arcus Noe filiiq; illius in signu datur, quod non veniret diluviu. Iteru quod Deus in illorum cordibus timorem fenerat diluvii, qui idcirco non in terra, sed in cœlu ponitur, ut videatur ab omnib. Arcus autè duos colores habet, i. aquæ & ignis, quæ isto significantur. Arcus verò ante diluvium non fuit, sed post diluvium Noe filiiq; illius in signu securitatis à diluvio à Domino datur: sic baptismum, signum securitatis est Ecclesiæ Christi à vindicta. Etenim homines in baptismum per aquam & ignem Spiritus sancti salvantur. Aliter arcus tres colores habere dicitur, id est, hyacinthinum, & onidis, & pubinum: id est, scandalum poenitentia, & vita actualis, & arder spiritualis in ratione baptisati. Aliter per arcum spiritualis doctrina intelligitur. Et per colorem aquæ, vetus Testamentum, Et per colorem ignis, novum, & sensus spiritualis. Moraliter autem si quis inundantibus malis convertere se potest à rebus fluxis & caducis, & audire verbum Dei, & præcepta cœlestia, hic intra cor suum arcam salutis edificat, & bibliothecam intra se divini conferat verbi Longitudinè in illa, & latitudinè, & altitudinè, & fidem, & charitatem

& spem

& spem collocat. Fidem Trinitatis, & longitudinem vite, & immortalitatem dilendit. Latitudinem charitatis, indulgentiæ & benignitatis fundat affectum. Altitudinem spei ad cœlestia erexit. Summam verò arcum suorum referre ad unum. Scit enim quia omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium, scilicet qui cogitationum varietate non fuerit multiplex: sed hanc bibliothecam non ex agrestibus & impolitis, sed ex quadratis construxit lignis, id est, non ex secularium auctorum, sed ex Prophetis & Apostolicis voluminibus. Ipsi enim sunt, qui refecatis uni versis vitiis, & excelsis, quadratam continent vitam, ex omni parte libratam. Nam auctores secularium voluminum possunt quidem dici ligna excelsa, non possunt tamen quadrata dici, quòd in illis nequaquam vita, sed sermo collibrat. Facite autem in illo cenacula & tritegas, hoc est, narrationes historicas. Discite igitur & mysterium magnū, quod in Christo & in Ecclesia completur. Agnosce etiam emendare mores, refecare vitia, nidos in illa diverlarum virtutum collocans. Deintrin sanè & deforis bituminabis illam, corde fidem gerens, ore confessione præferens: intrin scientiam, foris opera habens in arca. Ergò ad divinorum librorum, sive animam fidelem introducere debes animalia munda & immunda. Sed munda quidem animalia faciliè possimus dicere, quòd memoria, eruditio, intellectus, examinatio, & iudicium illorum que legitimus, aliaque his similia intelligunt. De immundis verò pronuntiare difficile est. Puto tamen quòd concupiscentia & ira, quando inest, omnia animæ necessaria ista. Secundum hoc ergò, quòd neque posteritatis successio, sive concupiscentia reparatur, neque emendatio ulla line ira fieri potest, neque disciplina constare, necessariè conseruanda dicuntur.

Capitulum Noë vir, & reliqua. Id est, Christus exercere Ecclesiam doctrina novi Testamenti. Quam etiam vineam plantavit, bibit vinum, id est, complevit opere quæ docuit, ut dicitur: *Qua capite Iesus facere & docere. Sem autem & Japhet, solem & lunam significant, pallium imponentes humeris suis, id est, splendorem suum iuxta crucem, quarum facies avertæ sunt, id est, sua avertione in tenebras. Evigilans autem Noë, Christum resurgentem ex passione. Quam anticipe quod filius suus minor. Per filium minorem populus Judæorum delinatur. Maledictum Cham: vindictam super Iudæos præfigurare videtur. Dicitur autem Cham, quòd esset servus Sem & Japhet: per quod intelligitur maliam partem Judæorum curvandam esse ad bonam partem Judæorum, & populi gentium. Etenim Cham populum Judæorum, & Sem bonam partem populi Judæorum, & Japhet populum gentium.*

Delatet Deus Japhet usque Sem. Etenim Japhet historialiter Europam habitavit, & occidentalem plagam Asiae obtinuit. Jam verò illud quod post diluivum de vinea, quæ plantavit, inebriatus est Noë, & nudatus est in domo sua, cui non appareat ad Christum pertinere? Dum passus est, nudatus: dum crucifixus est in domo sua, id est, in gente sua. Tunc enim nudata mortalitas carnis illius: quam nuditatem, id est, passionem, videns Cham derisit, id est, Judæi. Sem verò & Japhet, tanquam duo populi ex circumcissione & præputio, vestimentum posuerunt super dorsa sua, & intrantes averti operuerunt nuditatem patris. Quodam enim modo passionem regimus, id est, sacramento honoramus: illius que mysterii rationem reddentes, detractionem Judæorū operimus. Doctrina autem memoriam prætoriorum significat, quia passionem Christi transactam celebrat ecclesia, non prospectat futuram. *Medius autem Cham, i. Judæi. Ided medius, quia nec primatū Apostolorum tenuit, nec in ultimis gentibus credidit. Nuntia vii foras fratribus suis: per illū quippe manifestum est, quod erat in prophetia secretum.*

Benedictus Dominus Deus Sem: sicut Cham servus illius. Quid enim aliud est populus Judæorum, nisi quidam servus populi Christiani, bajulans legem & Prophetas, ut nos honoratemus per sacramentum, quod illi nuntiant per litteram? Sem autem major natus, & interpretatur, ipse est, ex quo Propheta & Apostoli generati sunt. Japhet autem, id est, latitudo, gentium est pater: & videmus iuxta prophetiam Noë, in tabernaculo Sem Japhet habitare, hoc

est, in domo legis & Prophetarum Ecclesiam potius edificare. Cham quippe interpretatur calidus, non solum Judæos, sed etiam hæreticos significat: passionem quippe Christi, quæ illius hominis nuditate significata est, annuntiant bene prophetaudo, & male agendo exhorant. Peccante autē Cham, posteritas illius damnatur, quia reprobi hic quidem delinquent, sed in futuro damnationē excipiunt. Sed & Judæi in posteros damnationē transmiserunt, dicentes: *Sanguis ejus super nos, & super filios nostros.*

CAPUT X.

DE Japhet nati sunt filii xv. De Cham xxx. De Sem xxvij, simul lxxij, de quibus ortæ sunt gentes lxxij, inter quas mihi Dominus discipulos lxxij. De Japhet, Gomer, id est, Ga'arhæ: Magog, id est, Scythæ: Mathan, Medi: Jaban, Jones, qui & Græci: Tubal, Hiberi, qui & Hispani, & à quibus Celtibæ: Mosoch, Cappadoces. Unde apud illos urbs Mazedon tyrallrates, quorum vocabulam non satis mutari est, De Cham, Chus, & Meisaim, & Fuch, & Chanan. Chus hodie, quæ ab Hebræis Ethiopia nuncupatur. Meisaim, Ægyptus: Fuch, Libyæ, à quo & Mauritaniz fluvius Fuch dicitur, omnisque circa illam regio, Fuchenis. Porro Chanan obtinuit terram, quam Judæi deinceps possederunt. De terra illa regressus est Assur, & edificavit Niniven, & plateas civitatis: quia de hac terra Assyriorum pullulavit imperium: quia ex nomine Nini filii Beni, Ninum condiderunt urbem magnā, quam Hebræi appellant Niniven. De Sem, Cham, & Assur, & Arfaxat, & Lydi, & Aram. Hi ab Eufrate fluvio partem Asiae usque ad Indicum oceanum tenent. Hela, à quo Helamita, princeps Persidis. De Assur dictū est, quòd Ninive urbem condidit. Arfaxat autem, à quo Chaldæi: Lydi, à quo Lydia: Aram, à quo Syri, quorum metropolis Damascus est: Heber, à quo Hebræi. vaticinium quodammodo nomen filio suo Falech posuit, qui interpretatur divisio, eò quòd in diebus illius lingue divisa sunt. Primus post diluivū Nemroth tyrannide arripuit, & edificandæ turris auctor extitit: qui pro illo, quòd ultra naturā suam cœli alta penetrare contendit, nō incongruè diabolo comparatur, ex cujus persona dicitur: *Ascendiam super altitudinē nubium, & ero similis Altissimo. Quod autem dicitur: Fenator animarū terrigenarum, deceptor, & capiens hominum genus ad mortem.*

CAPUT XI.

TURRIS autem superbia hujus mundi, vel impia dogmata hæreticorum: qui postquam moti sunt ab oriente, id est, à vero lumine recesserunt, venerunt in terram Senar, quod interpretatur excussio dentium, vel fortior illorum. Statimque adversus Deum perversorum superbia, quæ turrem edificavit: segregati inter se diversitatibus errorum, quasi per dissonantiam linguæ, quos Trinitas damnat, in qua offendunt, dum dicit: *Venite, & confundamus linguas illorum.* In sola autē domo Heber, quæ antea fuit lingua, remansit. Nunc quoque in sola Ecclesia unitas est confessionis. Babel autē, quæ & Babylon, interpretatur confusio, eò quòd ibi confusæ sunt lingua. Erat autē civitas regni Nemroth, quæ principem turris edificandæ Josephus assumat. Hebræi autē confusionem Babel vocat.

Mortuus est autem Aram ante Thare patrem suum, in terra nativitatis suæ, in Vr Chaldæorum. Tradunt Hebræi, quòd Aram in ignem missus sit, quia ignem adorare noluerit, quem Chaldæi coluerunt, & Dei auxilio liberatus, de idololatriæ igne profugerit: & hoc esse quod nunc dicitur, mortuum autē conspectum Thare patris sui in Ur Chaldæorum, i. in igne Chaldæorum. Ur enim interpretatur ignis, quòd videlicet ignem adorare nolens, igne consumptus sit. Quod autem dicitur: *De terra illa egressus est Assur: Christum figurat, egredientem à mundo, qui fortis & vincens est, ut dicitur: Nemo potest intrare domum fortis, nisi fortem prius allegaverit.* Quodque dicit: *Edificavit Niniven: & dicitur à Domino Ecclesiam significat.* De quo dicitur: *Edificans Jerusalem Dominus.* Talare se an quod dicitur inter Niniven & Tale, i. inter duas leges, ab his divisa sunt usque post diluivum, i. à Christo & Ecclesia illius post baptismum. Quodque dicitur: *Erat terra labii, unita-*

Nemo orb primus turres edificat.

Babel quid significet.

rem in gentilitate significat. *Vsq̄ue ad Noë, & filios illius: id est, usque ad Christum cum tribus legibus, vel cum fide Trinitatis. Idcirco dicuntur turrem edificare, quia diluviū timuerunt, ut alii: vel ut memoriam haberent, antequam dividerentur in terras, quod Scriptura confirmat.*

Descendit autem Dominus videre civitatem & turrem.) Dominus descendere dicitur tam ad vindictam, quam ad auxilium: ut est, quando curam generis humani præstat. Per civitatem & turrem, Ecclesiam hæreticorum designat. In eo quod dicit, filii Adam: peccatum Adam commemoravit. Atque ita diviit illos, id est, quia non facere fecerunt: sed tamen perdere noluit eos.

CAPUT XII.

Loquitur ad Abraham Deus: *Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui.)* Christus relicta terrâ suâ, & cognatione suâ, & domo Patris sui, populo scilicet Judæorum apud exteros locupletatur, in populo gentium præpollens. Ad illius quoque exemplum nobis exendum est de terra nostra, id est, de facultatibus hujus mundi. Et de cognatione nostra, de conversatione & moribus, vitiiisque prioribus, quæ nobis à nativitate velut consanguinitate conjuncta sunt. Et de domo patris nostri, id est, de omni memoria mundi hujus velut gentilitate, ut renuntiantes possimus dilatari in populum Dei, & terram celestis repromissionis, quum advenerit tempus, introduci.

Dus promissiones
Abraham
dantur.

Dus repromissiones Abraham dantur: una, de terra repromissionis, quod illam possideret semen illius: *Benedicentur omnes gentes.* Quod autem dicit: *Faciam te in gentem magnam:* virtutes ostendit, ut dicitur: *Magnus est numerus virtutum.*

Quodque dicitur: *Egredere de terra tua:* de lege naturæ posse intelligi dicunt. *De cognatione verò, de lege literæ. De domo patris, de lege novi Testamenti. In terram, id est, in cælum. Instabilitas Abraham, instabilitatem seu inconsistentiam gentis suæ significat & exprimit. Gens autem Abraham, major erat de instabilitate sua, quam quando habitavit in terra sua. Ita & Ecclesia itinere de carnali habitatione & resurrectione majora præmia habebit. Et Abraham caput fidei in figuram Christi sive Petri, supradictum testimonium in voluminibus Salomonis figura. In principio enim doctrinam filii, in secundo doctrinam viri, in tertio doctrinam militis: etenim doctrina parvuli est egredi de gentilitate: & doctrina viri, egredi de peccatis suis: doctrina militis, egredi memoriâ mundi hujus.*

Abram
Abraham.

*Abram autem hic primitus dicitur, id est, excelsus. Deinde Abraham, id est, pater excelsus. Abraham verò pater multarum, id est, gentium. Primum, quum non haberet filium: secundo, quum haberet filium: tertio, quum Isaac haberet. Et quando mutantur nomina, mutantur & opera. Et idcirco Abraham his tribus nominibus vocatus est, quia tria supradicta doctrina sustinuit. Benedictus, id est, abundantia, Israël historialiter, Ecclesia autem virtutibus cæli. Et benedicam tibi, id est, abundantia benedictibus, ut Joseph & Pharaoni Egypto evenit. Quodque dicit: *Maledicam maledictibus omnes tribus terre,* id est, quod omnes optassent fieri, ut gens Abraham, vel maxime in Christo implevit, qui in virtutibus benedictus est, *illique benedictibus benedicatur,* id est, Angelis, vel fidelibus sanctè benedictibus. *Maledictibusque maledicatur,* id est, ut Christus & Sathiel, ut de modis, vel vitiiis, aut hæreticis adversantibus sanctis maledixit. Quandoque ad Saram dicitur: *In te benedicentur omnes tribus terre.)* Significatur, quod multis in exemplis iustorum benedicatur. *Egressus est Abraham, i. in figura Christi, obediens Patri usque ad mortem, vel cuiusque sancti. Quodque dicitur: Pertransivit Abraham usque ad locum Sichem.)* Christum ostendit per Patriarchas & Prophetas, ad Ecclesiam vel omnem justum. Usque ad convallem illustrem, i. Ecclesiam in humilitate vitam, quæ illustris est, ut alibi dicitur. *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.* Chananeus autem, tunc mundiales Gentileque significatur.*

Apparuitque Dominus Abraham, & dixit illi: Semini tuo dabo terram hanc.) Hoc verbum non frequenter, nisi de tribus personis dicitur, id est de Deo, sive Angelo, sive diabolo. Quodque dicit: *Apparuit Dominus Abraham,* significat Deum Patrem Christo apparere, vel unicuique iusto in Ecclesia. Quodque dicit: *Semini tuo, semen* Christum spiritualiter significat. *Terram hanc,* id est, præsentem, vel regnum omnibus sanctis. Abraham ædificans altare, Ecclesiam Dei Patris in humilitate ædificat. Sed in omnibus his Abraham personam Christi, vel uniuscuiusque sancti tenet. Tabernaculumque illius inter duas civitates, Ecclesiam inter duas leges: huiusque secundum altare, Ecclesiam novam significat. *Egyptus* significat mundum, in quem Christus descendit. Saram verò animam sancti, vel sapientiam ostendit doctoris. *Egyptii autem hæreticos significant, de sapientia doctoris male æstimantes. Consilium autem Abraham & Saram significat, quod unusquisque sanctus invocat animam suam, vel doctor sapientiam, cuius causa sanatur. Sicut hic dicitur: Vt bene sit tibi, usque ob gratiam tuam, Principes autem Pharaonis nuntiantes, demones vel hæreticos demonstrant, volentes sapientiam à doctore, vel animam sanctam, vel Ecclesiam à Christo separare, & Sathiel conjungere. Quæ similiter in oblatione mulieris in domo Pharaonis ostenduntur. In ovibus autem, vel bobus, vel in cæteris, quæ hic commemorantur, sensus manifestus est. *Flagellavit autem Dominus Pharaonem infirmitate, vel sterilitate uxorem illius.* Et hoc significat, quod Christus flagellat hæreticos retinentes animam sapientiamque sive Ecclesiam: & flagellati dimittuntur, ut hic dicitur: *Ece conjux tua, accipe illam.* Pharaos autem intellexit, id est, vel natura, aut per visionem. Abraham & uxor illius Christum & Ecclesiam significant, & Loth populum sanctum. *Ascendentes de Egypto,* id est, de mundo, in sequentibus autem sensus manifestus est: *Erat autem Abraham septuaginta & quinque annorum, quum egredieretur de Carran.* Inde insolubilis, quo suo nascitur. Si enim Thare pater Abraham, quum adhuc esset in terra Chaldæorum, septuaginta annorum genuit Abraham, & postea in terra, hoc est, in Carran ducentesimo quinto anno ætatis suæ mortuus est, quomodo nunc post mortem Thare Abraham exiens de Carran, septuaginta quinque annorum fuisse memoratur, quum à nativitate Abraham usque ad mortem patris illius centum triginta quinque anni fuisse doceantur? Vera est igitur Hebræorum traditio, quam supra diximus, quod egressus sit Thare cum filiis suis de Ur Chaldæorum: & quod Abraham Babylonis vallibus incendio, quia idola adorare noluit, Dei sit auxilio liberatus. Dicunt itaque illi dies vitæ tempusque ætatis reputari, ex quo conquestus est Dominum, spernens idola Chaldæorum. Potest autem fieri, ut quia Scriptura reliquit incertum, ante paucos annos Thare de Chaldæa profectus venerit in Carran, qua morte obierit, vel certè post persequutionem in Carran venerit, & ibi diutius sit mortuus.*

CAPUT XIII.

Reverso igitur Abraham ex Egypto, undè venerat tunc Loth frater illius in terram Sodomorum, salvâ charitate discessit, vitans discordiam, quia divites facti erant valdè, & pastores eorum rixabantur. Quod autem dicitur: *Et introduxerunt in domum Pharaonis, potest excusari Sara, quod juxta librum Hester, quæcunque mulierum placuisset Regi, apud veteres, sex mensibus ungebatur oleo myrte myrtili, & sex mensibus variis pigmentis ornata, tunc demum ingrediebatur ad Regem. Et fieri potest, ut dum per annum illum ad Regem præparabatur introitus, Pharaos sit percussus à Domino, illa intacta permanerit. Alii verò dicunt, per greges Loth varias virtutes designari populi sancti, & quando diceret: *Non potui illos capere terra:* Loth videtur personam & populum hæreticorum designare, quem cum populo Christiano Ecclesia non capit. *Chananeus autem & Ferrezens, demones, vel peccata, vel vitia designant. In illa terra, in illo populo hæreticorum. Ex sanctorum persona dicitur: Recede à me,**

obsecro.

obscuro, utriusque populi doctoribus inter se rixantibus. Et hoc significat, quod peccatoribus dicitur, *Ite maledicti in ignem eternum.* Quodque dicit, *Si ad sinistram:* infidelitatem vel in infernum significat. Dextera vero, prosperitatem mundialem. Et quando duo hæc Abraham elegit, dextera plaga fidem vel regnum sanctorum significat: sinistra vero contractionem voluntatis. In hoc loco Jordanus doctrinam hæreticorum ostendit, quia universa terra irrigabatur, id est, fluminibus, fontibus, quemadmodum Paradisus Domini, quia sic sua ecclesia hæreticis videtur. *Veniens autem, id est, terminis.* In his quæ sequuntur, sensus manifestus est. Populus quidem hæreticorum in Sodomis, id est, in peccatis habitat. Christo vero cum Ecclesia dicitur: *Levate oculos in caelum, hoc est, a mundo: ut, ad te levavi oculos meos, qui habitas in caelis.* Per quatuor partes, quatuor Evangelia figurantur. Cuius, omnis terra datur, ut alibi: *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ. Usque in sempiternum:* id est, pro longitudine temporum. Quæ hic sequuntur, Christo conveniunt spiritaliter cum Ecclesia sua.

CAPUT XIV.

ET percussit Raphaim in Asaroth Carnaim, & Susim cum illa. Etenim Susim terribilis & horrendi interpretatur. Raphaim, hoc est, gigantes, in civitate sua, quæ hodie fit vocatur. Significat autem, quod quatuor Reges qui veniunt de Babylonia, interfecerunt gigantes, & robustos quoque Arabiæ, Altharoth, Carnaim, terram gigantum quandam in spercilio Sodomorum.

Susim
Raphaim
Carnaim
Altharoth

Et percussit omnem regionem Amalechitarum, & Amorythem sedentem in Asalonthamar. Hoc oppidum est, quod nunc vocatur Engaddi, balsami & palmarum fer. Asalonthamar autem interpretatur ut urbs Palmarum: Thamar quippe palma dicitur. Quatuor reges quinq; superaverunt: possunt quippe contrarias virtutes significare, hæresim scilicet gentilitatem, hypocrisim, avaritiam, quæ est idolorum servitus: quæ reges nuncupantur, quia in multo vim regni exercent. Quinq; autem reges qui superantur ab his, quinq; sensus corporis possunt intelligi, quia & ipsi reges, quia ex his homo nosse exterior regitur.

Tergiverterunt, donec Abraham pater excelsus, victis quatuor regibus supra dictis, spolia poterat. Et loth propinquum declinavit, utiq; à malo ex eorum potestate eripat. Quod autem recedere quinque reges à quatuor dicuntur, significat quod illos maxime persequitur contraria potestate, quos ante in servitute retinuit. Quod autem in trecentis decem & octo pater ille excelsus, cui in oratione Dominica dicitur, *Pater nosse:* significat quod per electos qui in persequitione virtutum conlittit sunt, fundati fide Trinitatis, & habentes plenitudinem Decalogi, octava die, quæ Sabbatum sequitur, cum Christo resurgentes.

Melchisedech

Revertenti igitur Abraham occurrit Melchisedech, proferens panem & vinum: sacerdos Dei summi benedixit Abraham. Hic Melchisedech Paulus sine patre, sine matre commemorat, figuratiter refert ad Christum: qui sine patre in terra, sine matre in caelo erat, & sacerdos in eternum, qui & Melchisedech, id est, rex justus, ut alibi, *Iustus Dominus in omnibus viis suis.* Utiq; per mysterium, ut non pecudum victimas, sed oblationem panis & vini, id est, corporis & sanguinis in sacrificio offeramus.

Deum vero Abraham decimas Melchisedech post benedictionem. Spiritualiter sciens sacerdotium melius futurum in populo gentium, quam Leviticum, quod de ipso erat in Israel nescitum. Nomen autem Melchisedech, rex pacis vel rex iustitiae interpretatur, qui bene refertur ad Christum. Orietur enim, inquit, in diebus ejus iustitia, & abundantia pacis. Melchisedech, de quo Hebraei æstimant, quod ipse sit dem filius Noe: & supplicantes annos illius, usque ad Isaac illum vixisse ostendunt. Omnis primogenitus donec sacerdotio fungitur Aaron, fuit Pontifex. Porro Salem, id est, Jerusalem, quæ prius Salem nuncupata est. Per Salem Ecclesia designatur, cui Christus rex est, proferens cor-

Salem

pus & sanguinem suum, sacerdos Dei patris omnipotentis, à quo sacerdote Abraham benedictus est, id est, populus Christianus. Quod dicit, *Hofes in manibus ejus, demones & hæreticos ostendit in potestate Christi.* Per decimas vero quæ Abraham donat, bonas operationes quas supradictus populus per decem sensus, & decem verba legis Christo offert, ostendit. Rex Sodomorum, diabolus significat invidentem Christo multis animabus.

Quodque dicit, *Levo manus meas:* genus jurandi est. Et quod sequitur: *A filo sub regimini usque quæ tua sunt:* Christum indicat non accipere quicquam ex parte diaboli in suam Ecclesiam. *Quæ comederunt juvenes:* id est, Apostoli, & doctores, & successores eorum. Et *partibus virorum usque Mambre.* In hac dictione tres populi leges, vel universi qui credunt in Trinitate ostenduntur.

CAPUT XV.

Noli timere Abraham. Hoc doctore, & iusto, & principi dicitur. Ideo autem quod dicit, *Quid dabit tibi lex Moysi?* ostendit, quia de bonis terræ tantum fuit. Petitio vero filii est, ubi dicitur: *Ego vado absque liberis.* Post hoc fuit illi duplex figura promissi seminis, dum esset de potestate sollicitus.

Ostendit enim illi Deus stellas cæli, dicens: *Sic erit semen tuum.* Id est, Christiana gens, cui in fide pater est, quæ resurrectionis lumine coruscet.

Monstravit & arenam, dicens: *Sic erit in multitudine semen tuum.* Hoc est, erit quidem copiosa gens Judæorum, sed sterilis & infecunda, velut arena. Quod petivit signum, non quasi dubitans an fieret, sed quomodo futurum esset exquirens. Quod autem Abraham non suum tempus exquirat, sed familia suæ post se, Christum ostendit sollicitum de Apostolis suis. Sicut etiam Moyses de populo suo, sic & boni principes de suis Ecclesiis prævident. Quodque dicitur, *Ilud sermo Domini ad illum factus:* genus misericordiae ostendit, ut, Cui Dominus: *Sume, inquit, mibi vaccam triennem, & capram triennem, & arietem trium annorum, turturem & columbam:* & reliqua. Per vaccam triennem significata est plebs postea sub iugo legis. Per capram triennem, eadem plebs peccatrix. Per arietem trium annorum, eadem plebs regnatura: quæ animalia ideo tria dicuntur, quia per articulos temporum usque ad Noë, & inde usque ad Abraham, & inde usque ad David, tanquam tertiam ætatem gerens illè populus adolevit. Per turturam & columbam, spirituales in illo populo significati sunt: quorum ætas temporalis ideo taceatur, quia æterna meditationes transgressi sunt temporalia desideria. Sed quid est, quod animalia tria dividuntur adversum se invicem partibus constituti, nisi quod carnales & in vereti populo & nunc inter se dividuntur? Porro aves idcirco inter se non dividuntur, quia spirituales individui sunt, schisma non cogitanti sive à turba se removeant, sive intra illas conversantur, utuntur ut columba, utraq; tamen avis simplex & innocens.

Vacca.
Capra.
Aries.
Turtur.
Columba

Volucres descendentes super cadavera divisa, spiritus immundi sunt, passum quandam de carnalium divisione querentes. Abigebat illos Abraham: significat Israel spe, propter merita iustorum liberandos. Circa solis occasum pavore irruit in Abraham: significat circa seculi finem magnam perturbationem in Antichristo sanctis futuram. Cum sol occubisset, facta est caligo, & apparuit cibus & lampas transiens inter divisa illa: quia post illud mundi finem segregat iudicium Dei reprobos ab electis. Affligit illos cecis annis: quod sub Ægyptiis cecis annis servitus, sed quod ab eo tempore quo hæc Abraham promittuntur, iste numerus impletus est. Possumus autem per vaccam triennem, & arietem, & capram, & turturam, & columbam, universas intelligere animas, quæ credituræ erunt. Trium annorum esse dicuntur, quia in Trinitatis erunt mysterium credituræ. Et quia in sancta Ecclesia non solum carnales, sed etiam spirituales inveniuntur: ideo per animalia & aves Ecclesia significatur. Cætera usque in finem parabola in supradictum sensum conveniunt. Moraliter quoque, vaccam propositum intelligere pro virtute, capram pro substantia corporis,

ovem pro spirituali dono. Cum turtore & columba, i. castitate & innocentia. Trina omnia dicuntur, quali confessione terna munita, quia animalia in duas partes dividit. Et nos cernamus quod præpositi, quid subjecti agere debeant, ut omnia nostra cum ordine fiant. Aves autem non dividit. Non enim debemus illo modo dividere, ut aliud in publico, aliud coram Deo, eadem ratione & innocentia nos dividamus. *Descenderunt super cadavera volucres, & abiebat eos Abraham.* Volucres refugos dicit, qui semper volunt contaminare victimas Trinitati à te oblatas, quia propter principales sensus non permittit ut confundatur talis divisio. *Dum occubuisse sol facta est caligo.* Decumbent enim ratione mentis, totam peccatorum nostrum tenebris occupatur, ut non videamus quæ nobis desunt. *Clibanus fumigans, & Lampas ignis transiens inter divisiones illas.* Cum enim intellexerit se homo peccatorum tenebris involutum, tunc peccus illius quæ fornax æstuans fumos ignoantem evaporat, & postea lampadem divini luminis metur habere.

Peperit Dominus cum Abraham sedus. In hoc lex circumcisionis designari dicitur. Quodque à fluvio Ægypti usque ad fluvium magnum, à lege veteris Testamenti, usque ad novum spiritualiter intelligitur. Per Cananos & Iesusos vitia designantur.

CAPUT XVI.

PER Sarai uxorem Abraham, Ecclesia synagoga. Et tunc Abraham, id est, Christus, non genuit liberos, quia tunc pauci fideles fuerunt. Ancilla autem Ægyptia Ecclesiam mundalem ex gentibus ostendit.

Ingrede ad ancillam meam, si forte saltem ex illa suscipiam filios. Hoc à patre filio Christo dicitur, qui filios etiam ex gentibus voluit Christum accipere. *Cumq; ille acquiesceret deprecanti, & reliqua.* Hic maxime impletur interpretatio nominis, quod est Sara, quod est princeps mea. *Post decem annos, id est, post verba legis, quod ancilla postquam conceperat, despexit dominam suam: significat despexit synagogam ab Ecclesia gentium, postquam crederat.* Etenim collocatio synagoga Judæorum & Ecclesie gentium non erat, donec ancilla peperit: id est, donec fidem haberet Ecclesia gentium. *Quod autem dicit, Ancilla tua in manu tua.* Ecclesia gentium adscribitur sub potestate fidelium Judæorum, i. Apostolorum. *Quod autem dicit, Vtere ea ut liber: hoc præfiguratur, cum autem venerit plenitudo gentium, sic omnis Israel salvus erit.* Quod autem Agar fugam inivit, primitiva Ecclesia intelligitur à synagoga afflicta Dei consensu. *Angelus autem illum inveniens iuxta fontem, Christus venit iuxta baptismum.* In solitudine, i. in mundo. *Quod dicit, Revertere ad dominam tuam: pacem à Christo commendatam intelligimus, ut est, Qui facit utraq; unum. Et humiliare sub manibus ipsius: ita Christus docet humilitatem Ecclesie gentium.* Ecclesie primitivæ præ multitudinem, i. credentium, *Ecce tu concepisti, & paries: i. Ecclesia concepit in baptismo, & peperit in fide & opere.* Ismael autem, auditio Dei est. Populus credentium, qui ferus homo dicitur: i. contra demones & hæreticos. *Et à regione univrsorum fratrum suorum figet tabernaculum: id est, Ecclesiam, iuxta populos mundiales.* *Vocavit nomen illius id in adorando, tu Deus qui vidisti me: id est, in persecutione.* *Quod autem se dicit vidit ille posteriora videntis: ostendit, quia hic Ecclesia per speculum videt.* *Vireum autem videntis, id est, populi gentium: videntis, id est, Dei, vel Angeli.* *Inter Cades & Barad, id est, inter duas leges, baptismum.*

CAPUT XVII.

Fodus meum inter me & te, Legem inter Christum Ecclesiamque demonstrat, quæ multiplicatur multitudine populi fidelium: per pactum verò circumcisionis, populi carnales. *Reges ex te egredientur: id est, Apostoli à Christo.* *Quod autem dicit sedere sempiterno, in novo vel in futuro impletur.* *In possessionem æternam, id est, in celo, id est, pactum, quod observabo: id est, lex circumcisionis populo car-*

nali & spirituali, id est, novum Testamentum populo spirituali. Post hoc accepit signum circumcisionis.

Circumcideret ex vobis omne masculinum, infans octavo die circumcideret, & reliqua. Quid autem significat circumcisio, nisi renovatam naturam per baptismum, post expoliationem veteris hominis: et quid octavus dies, nisi novum Testamentum, in quo per resurrectionem Salvatoris octava die, & post sabbatum factum renovamur, & circumcili universis vitis novi homines efficiamur. Christusque hebdomada completa post sabbatum resurrexerit? Quod verò non solum filios, sed servos & vernaculos emptorios circumcidi præcepta, ad omnem gratiam redemptionis pertinere testatur. Ibi parentum mutantur nomina, ut omnia resonent novitatem. Nam Abram interpretatur pater excelsus. Abraham pater multarum, i. gentium: quo nomine nunciabatur, quod multæ gentes fidei illius sequerentur vellet. Quod autem sequitur: *Qui non circumcideret octava die peribit anima illa quia pactum meum irritum fecit.* Significat, quod parvuli non secundum opus, sed secundum originem, in primo homine pactum diffuserunt. Circumcidimus itaque cor nostrum: quum cogitationes abdicamus: & ita labiis & auribus debemus circumcidi, ut in omnibus stulta & superflua declinemus. Dicitur autem Hebræi, quo ex nomine suo Deus apud eos tetragrammaton e litteram addidit Abraham & Saræ nominibus. Dicebantur enim primam Abram, qui interpretatur pater excelsus: & postea Abraham, i. multarum gentium. Nam quod sequitur Gentium, non habetur in nomine, sed subauditur. Nec mirandum, quod apud Græcos & nos a littera videatur addita, & nos e litteram in Hebræo additam dixerimus. Idcirco enim lingua illius est per e quidem scribere, sed à lege reficit e contrario à litteram pro e sæpe pronunciant: errant enim: qui putant, Sara m primum per unum r scriptum fuisse, & postea illi alterum r additum. Sarri igitur primum vocata est. Sublato ergo, i. addita e, quæ per a legitur, & vocatur Sarra. Sarra interpretatur princeps mea domus, Sarra principis. Idcirco autem ad Abraham circumcisio commendata est, ut sub lege esset, sicut & Adam, ne deliquo manducaret: ut probaretur, si compleret hoc, an non. Idcirco verò octavo die circumciderentur, quia atas non potuit ante sustinere. Circumcisione octavo vitiorum circumciderentur, significans in nova renascere. Causa autem pudicitie hoc membrum circumciderit, vel quia in illo voluptas sit, ut in nobis similiter circumciderit. Circumcisio verò in una parte corporis datur, eo quod corpus & infernum significat, in quibus sterora & qui quilibet sunt: non in superiore, quæ celum & animam significat, in quibus non est malum, sed omne bonum. Hæc autem lex Abraham non donaretur, si Adam custodisset legem sibi datam. Tres autem differentie inter ipsos Judæos & Gentes dicuntur: i. lex, & oblationes, & vestimenta. Isaac autem per Abraham centenarum & Sarra nonagenariam ortus, Christum significat nasciturum inter centesimam perfectionem, & novem ordines Angelorum. Et sicut Isaac per prophetiam nascitur, sic & Christus per Patriarchas & Prophetas prophetatur. Quod autem dicit, *Duodecim duces generabit: tam historialiter potest intelligi, quam spiritualiter, duodecim Apostolos tempore illo, id est, lege literæ.* In anno altero, hoc est in novo,

CAPUT XVIII.

Post hoc apparuerunt Abraham tres viri, & reliqua. Sorandum, quod Abraham triplicem figuram habeat, primam Salvatoris, quando exivit de terra sua: secundam patris, quod immolavit filium: tertiam in hoc loco sanctorum, qui adventum Domini cum gaudio susceperunt. Tabernaculum Abraham ipsa Jerusalem, ubi pro tempore Apostoli fuerunt, ubi primum Dominus à credentibus acceptus est. In tribus viris qui venerunt, illius pronunciat adventus. Cum quo duo Angeli comitabantur, quos plerique Moysen & Heliam putant: unum per legem adventum Domini prædicantem, alium in fine mundi, ante quæ Christus veniat, venturum. Denique & in monte cum illo visum sunt. Quod autem tres viros videt, unum adoravit, Domi-

num Salvatoreem significat, cujus adventu prætolatus erat. Unde Dominus dicit: *Abraham exultavit videre diem meum, & vidit, & gavisus est.* Tunc enim mysterium futurum aspexit, unde & pedes illorum lavit, ut in extremo tempore lavari purificationem monstraret. Pedes enim extrema significant. Et in convivium vitulum præparavit saginatum, iste autem vitulus saginatus, Domini Jesu corpus est. Ipse vitulus pro redeunte filio occiditur. Butyrum pinguisimum Evangeliorum est documentum. Lac quippe juxta Apostolum, præcæ legis habet figuram. Vitulum autem cum lacte & butyro Abraham edendum apposuit: quia nec corpus Domini sine lacte legis, sine butyro Evangelii esse potest. Tria autem fata, tres filios Noë significant, ex quibus hominum genus ortum est, qui divina Trinitati credentes, ex aqua baptismatis per Ecclesiam, cujus imago Sara fuit, conspergendi essent, & in unum panem corporis Domini redigendi. Subcinericius autem, ut per penitentiam præteritorum delictorum Spiritus sancti vapore decocti, esca beneplacita Deo efficiantur. Sub arbore sedisse illos dicit, passionis dominicæ fuit signum, cujus ipsi sunt prædicatores, potest quoque intelligi Abraham rationalis esse sensus in homine; Sara autem caro intelligi: Cum enim ambo receperunt Deum, portant enim pacis diversa virtutum. Mambre autem, hoc est, Hebron. Mambre autem vocabatur unus amicorum Abraham. Hi autem dicunt, per hanc vallem humilitatem ostendi: Per humilitatem enim Dominus ad unumquemque venit. Per ostium verò fidem, & fervorem dei, calorē fidei. Et tres viros, tres leges: in quarum tamen una maxime Dominum adorat, populus Christianus. Historialiter autem perfectionem Abraham ostendit, quod ad illum tres viri in fervore dei venerunt. Idcirco enim specialiter Dominus ad illum venit, quia homo tunc non fuit melior illo, ut indicaretur ei de vindicta civitatum, & quod Sara filius esset. Loth autem in hoc imperfectior cernitur, quod ad illum duo, & ad vespertum veniunt. Per tria fata, spes, fides, charitas demonstratur: vel cogitatio, & verbum, & opus, quæ committentur in fide. Subcinericius humilitatem ostendit. Per puerum, cujus filius datur, populus Judæorum significatur. Et coxit illum, i. Christum in passione. Tullit quoque, i. populus perfectus. Quarrendum est autem, quomodo comedisse dicuntur: quod alii sic intelligunt, quod historialiter manducaverunt, dum corpora acceperunt, vel ille cibus pauperibus Dei potestatem oblati est. Circa tempus hoc veniam, non de temporibus hoc significans, sed equalitate adventus sui, quando per filium promissum natus erat fidelis populus. Ipsa est enim Sara sterilis, cui dicitur: *Laxare sterilis, quæ non parit.* Ritus autem Sara non est dubitatio, sed prophetia, sive quod ritus est futurus incredulis Christo, sive quod omnes inimicos suos in judicio esset riturus. Unus & Isaac ritus interpretatur. Quod autem dicit: *Non possum celare,* sic intelligendum, quasi dixisset: Nolo. Quodque dicit: *Vidit comitante,* more loquitur hominis. Dixitque, *Deus clamor Sodomorum,* i. pro nequitia eorum, sive auditus est ab hominibus & Angelis. Descendam, i. ad vindictam. Et videbo, i. in misericordia. Post hanc promissionem vertitur in civitatem Sodomæ & Gomoræ. Sed quid significat, quod justi usque ad decem, si in venirentur in Sodomis, dicit Dominus urbem esse salvandam. Quinquagenarium numerum propter penitentiam posuit, si forte converterentur & salvarentur. Psalmus quinquagesimus psalmus penitentiae est. Usque ad decem autem non perire civitates dicit, quasi in quolibet decem præceptorum custodia Christi nomen inveniat, iste non perit. Denario quoque numero, crucem Christi demonstrat. Nam & quod quinque civitates conflagratæ sunt, illud significat, quod omnes qui quinque sensus corporis libidinosè tractaverint, omnes in judicio condemnandi sunt.

CAPUT XIX.

Ipse autem Loth, qui ex illo incendio meruit evadere, significat sanctos, qui inter iniquos atque impios gemunt, quorum factis non consentiunt, & a quibus in fine

mundi liberabuntur. Uxor autem Loth, illorum genus figuravit, qui per Dei gratiam vocati respiciunt retrò. Quod in sal conversa est, exemplum portat ad condimentum fidelium, unde alii sal entur. Unde Dominus dicit: *Memento uxoris Loth ardentem fugientis Sodomam. Segor venit, & nequaquam ad montana ascendit,* significat illos, qui illicita carnis delicta declinant, sed tamen contemplationis apicè subire nequeunt. Hoc est, quod exivit Loth de Sodomis, ad montana tamen non pervenit: quia damnabilis quidem vita derelinquitur, sed celsitudo speculationis subtiliter non continetur. Quodque sequitur: *Nunquid non modica est, & vivit anima mea:* significat, quia talis vita, nec mundi curis ex tota discreta, nec gaudio salutis æternæ aliena. Aliud autem nunc Loth significat, aliud quando fuerunt filia illius cum eo. Tunc enim legem significat, quam malè intelligentes quidam, se inebriant, illaque illegitimè utendo, infidelitatis opera pariunt. *Bona est enim,* inquit Apostolus, *lex, si quis legitime utatur.* Quæque filia illius, scribas & pharisæos, malè generantes carnales filios de lege significare possunt. Alio quoque sensu Loth significat legem: nec incongruum quod femineo genere apud nos lex declinatur, cum in Græco masculinum genus servet. Uxor autem hujus, ille populus, qui de Ægypto liberatus, & de persecutione Pharaonis, tanquam de Sodomitis ignibus, rutilum carnales ollas Ægypti cupiens, retrò respexit, cecidit in deserto. Ibi ergo lex primum populum tanquam retrò respicientem uxorem reliquit ac perdidit. *Indeviens habitavit in Segor,* de qua dicit: *Est parva, & abscondar in illa.* Tribus autem causis dicitur Loth nolle in montem ascendere: historialiter, i. pra timore bestiarum & serpentum, vel pro plaga quæ evenit, vel pro civitate salvanda. Civitas autem a conversatione multorum dicitur, pro eo quod plurimorum confiteatur, & in unum contineat vitas. Hi autem qui in lege conversantur, parvam habent conversationem, quamdiu secundum literam intelligunt legem. Nihil grande est, sabbata & neomenias, & circumcutionem carnis, & reliqua carnaliter observare. Si autem spiritualiter quis cœperit, illa observantia quæ erant carnaliter parva, erunt magna. *Ascendit post hoc in montem, & habitavit ibi in spelunca, ipse, & duæ filie illius.* & lex ascendit puranda est, eò quod ibi per templum a Salomone constructum accessit ornatus. Quum facta est domus orationis, mali autem fecerunt illam speluncam latronum. Habitavit ergo Loth in spelunca, & duæ filie illius, quas præterea describit, dicens: *Ollam & Olibam duas sorores esse;* quidam Ollam, Samariam, Olibam autem quidam Judæam. In duas ergo partes populus dividitur, duas fecit filias legis. Ite carnalem cupiunt progeniem propagare, & vires regni terrestris numerosâ posteritate munire, sopientes patrem, & somnum illi inducentes: i. regentes & observantes: illius spiritualiter sensum solum ex illo carnis intelligentiam tribuunt. Indè genuerunt tales filios, quos nec agnoscere pater potest. Segor autem ex illo quod dixit Loth: *Nunquid non est parva, & salvabor in illa,* interpretatur parva. Ab aliquibus quaeritur, quare de celo vindicta datur: quia magna fuit illorum malitia, idcirco datur vindicta: extra consuetudinem data est, quia extra consuetudinem peccaverunt. Idcirco sulphureus ignis super illos venit, quia alius non habetur ignis, in quo putredo sit. Etenim sulphur, ignis est alicujus ligni, cujus natura partis ardescit, & ob hanc similitudinem etiam hinc ignis sulphur. Duo autem ignes in hoc significantur: quia peccatum naturale fecerunt, & innaturale. Duo autem Angeli qui vindicant, duarum legum typum tenent punientium se non implentes. Loth in hoc peccato quod peccavit, excusabilis dicitur, dum non sensit. Et excusabilis, dum vinum usque in hunc modum biberat. Sic & filia illius excusabilis, dum causâ creationis fecerunt. Et inexcusabiles sunt, dum Segor sanam, & mundum non perditum viderunt propter duas civitates tantum. Moraliter quoque Loth significat rationalem sensum, & virilem animum. Uxor ejus, quæ retrò respicit, carnalè concupiscentiis deditam. Observa autem, ne forte cum effugeris flammam mundi, & incendia carnis evaseris, et-

Vxor Loth.

Civitas quid.

Sodoma quare puniatur.

iam cum parva Segor, qui est medius quidam & civilis profectus, supergressus fueris, & ad scientiæ altitudinem, velut ad montem ascenderis. Invidiantur tibi due filie tuę, quę te sequuntur. Et cum ascendit ad montem, i. superbiam major soror, & vana gloria: quę dicitur filie dicuntur, quia non extrinsecus, sed de nobis oriuntur, in spelunca pectoris insidiantur nobis, ut de nobis dormientibus, neque sentientibus, generare possint filios sensus, utique & actus reprobos. Et ascendit Loth de Segor, & sedit in monte, timuit enim sedere in Segor. Queritur: Cum primum pretulit Segor fugam montis, cur nunc de Segor ad montem migret? (tradunt enim Hebręi, quod Segor frequenter terramotu concussa sit) Bele autē primum, & Salisa nuncupata sunt: inquit Loth, dicens: Si cum terra urbes starent, ipsa sepe subverta est: quando magis nunc in communi ruina non poterit liberari? Vocavitque nomen illius Moab, i. ex parte. Minor autem genuit Amon, i. filius populi mei.

CAPUT XX.

Dixit autem Abraham Sarram sororem suam esse: certus de Deo, quod violari illam non liceret, sicut primum a Pharaone. Sarra autem Ecclesia in hac peregrinatione, atque inter alienigenas pollui non timuit, ut sit viro suo sine macula & ruga. In gloria quippe Christi recte vivit Ecclesia, ut pulchritudo eius honor sit viro illius: sicut Abraham propter Sarram honorabatur: cui Reges munera offerunt, sicut Abimelech obtulit. Et mirum quod amari potuit, & violari non potuit. Etenim Ecclesia Domino Jesu in occulto uxor: in secreto quippe spirituali anima humana vel Ecclesia inhaeret verbo Dei, ut sint duo in carne una. Quod autē tunc in Abimelech prius & posterius figuratum est, hoc in terreno regno, cuius typum gerit Abimelech, in prioribus & posterioribus Regibus adimpletum est: qui prius Ecclesiam persequentes, illamque violare cupientes, non tamen valent, & sic postea honoraverunt. Soror autem Christi Ecclesia, non de matre: non enim de terrena generatione, sed de celesti generatione Christo commendatur, secundum quam generationem spirituales sumus. Neque hanc generationem de synagoga matre Christi secundum carnem, sed a Deo Patre accepimus. Cuius sit autem uxor, occultatur: cuius sit soror, non taceatur: qui a occultum est, & difficile ad intelligendum, quomodo verbo Dei anima copuletur. Quod vero occultata cognatione fratres Christi sunt sancti, effusum ex Christi verbis in Evangelio patet.

CAPUT XXI.

Per grande convivium, quod fecit Abraham in die ab lactationis Isaac, convivium Christi in novo die perfectionis populi Christiani figuratur. Ablactabantur autem pueri illorum quinto anno, vel ut alii, secundo anno. Cum vidisset Sarra Isaac ludentem cum Isaac, ait: Ecce ancillam & filiam eius. Querendum est, cur antea Sarra voluit maritum suscipere filium de ancilla, & nunc cum matre iuber expelli domo? Non zelo fecit accensa, sed mysterio compulsa. Agar autem, id est, synagoga, in servitutem genuit priorem populum: Sarra, id est, Ecclesia, in libertatem genuit populum Christianum. Panes autem hoc indicaverunt, quod vetus sacerdotium panes propositionis portaret secum. Uter verò aquę defecit: iudicii purificatio signatur. Defectura hęc doctrina eorum carnalis in pelle mortua, id est, in carne veteris hominis. Quod verò erat Agar in solitudine cum filio suo, significat synagoga cum populo suo expulsam de terra sua sine sacerdotio, & sacerdotium errare, & viam quę Christus est, ignorare. Quod filius hęc deperit, significat populum nullam habere spirituales purificationem. Quod verò filium sub arbore projecit, & sic demonstrante angelo fontem aspexit: significat quosdam ex illo populo ad umbram ligni crucis refugium peturos, visurosque fontem aquę vivę referatis oculis, id est, Christum. Angelus iste similitudo est Helia, per quem iste creditus est. Quod autem dicitur: Fa-

Ablactatio
Indo-
rum qua-
do facta.

ciam illam in gentem magnam, quod copiosus populus Iudæorum esse regnurus in mundo, hęc quod celestis regni gloriam consequuturi essent, qui ex illis crederentur. Quod autem dicitur angelum, & postea illum Dominum vocat: filium suum fuisse credendum est, qui per legem & Prophetas semper loquutus est: qui etiam est angelus magni consilii. Bersabee, puteus septimus interpretatur, sive puteus iuramenti, sive quod septem agnas accepit Abimelech ab Abraham, sive quod iuraverunt ibi pactum. Sabee enim, sive iuramentum, sive septem in Hebræo significat. Non autem dicitur, quod Isaac non ad quemcumque Mambre, sed in Geraris natus sit, ubi & Bersabee usque: hodie oppidum est. Huius rei testis est Scriptura, quę dicit: Habitarit Abraham in terra Philistinorum. Alii dicunt, figuram Christi teneri, ubi dicitur: Non videbo morientem puerum. Et in hoc significatur, quod Iudęi Gentibus Christum tradiderunt ad crucifigendum, & non ipsi illum crucifixerunt. Et quod dicitur: Quid agis Agar? & sic intelligunt, quasi diceret: Quid agis in lege litera? Et in his omnibus Agar partem ostendit fidei Iudæorum, cui dicitur: Surge, i. in fide: Et tolle, i. opus fidei. Quod autem dicitur tenere manum illius, cooperationem Ecclesię ostendit. Aperitque oculos illius, i. sensus in fide. Vter autem impletus, vetus lex impleta sensu spirituali, qui datur bibere populo Christiano. Quod autem Isaac sagittarius dicitur, non incongruē populo Iudæo convenit, hoc est, iugulando hostias legis. De convivio autem quod fecit Abraham, alibi dicitur. Fit autem convivium, cum lacte depellitur Isaac, & fit læticia magna patri excelso. Summo autem doctore de his qui jam lacte non indigent, sed cibo forti, qui pro possibilitate sumendi exercitatos habent sensus, & discretionem boni ac mali. Super illis autem convivium non potest, de quibus dicit apostolus: Lac dedi vobis in escam. Quod autem dicit: Indignus est Sarra convivisse Isaac, videtur cum Isaac: significat quasi caro, cuius personam gerit Isaac, spiritui blandiatur, qui est Isaac. Et in delectationibus licet huiusmodi ludos carnis cum spiritu Sarra tamen maxime, quæ est virtus, ostendit. Duo autem filii Abraham, unus de ancilla, & alter de libera: uterque tamen filius Abraham, licet non uterque liber. Propterea qui de ancilla nascitur, heres quidem non sit cum filio libera accipere promissionem. Spiritualiter ergo omnes, qui per fidem veniunt ad agnitionem Dei, possunt filii Abraham dici. Sed in his sunt alii qui pro charitate veniunt, alii pro metu fururi iudicii, dicitur: Qui timet, non est perfectus in charitate: sed perfecta dilectio foras mittit timorem. De Abimelech quoque, rege Philistinorum, moraliter possumus intelligere, quod Sarra voluerit accipere uxore, & quomodo Abraham illam sororem esse dixerit: vel quod compescuerit Deus Abimelech propter illam. Puto ergo quod Sarra, quod interpretatur princeps, significat virtutem animi. Hęc ergo virtus conjuncta est viro sapienti. Denique Dominus dicit: Quęcumque dixerit vobis, audi vocem illius in omnibus, in quibus consilium dederit vobis. Non vult ergo Abraham virtutem uxorem suam dici. Donec enim virtus cum aliis participare non potest, nec uxor appellari valet. Cum verò ad perfectum venerimus, ut sumus idonei & alios docere, jam non virtutem ut uxorem intra gremium concudamus, sed ut sororem etiā aliis votentibus copulemus. Unde scriptum est: Dic sapientiam sororem tuam esse. Secundum hoc igitur Abraham Sarra uxorem suam esse dicebat. Voluit ergo & Pharaos aliquando Sarra habere, non in corde mundo: & virtus non nisi cum cordis munditia potest convenire. Longe autem ait Abimelech iste, quā Pharaos: unde videtur mihi, quod Abimelech iste formā teneat studioforum & sapientum mundi, qui philosophię operā dantes, tamen non intelligunt regulam pietatis ut attingant: senserunt tamē Deum & regem omnium. Ili ergo, quantum ad morales philosophiā spectat, etiā purificatio cordis operā de disse comprobantur, sed hęc non permittit Deus illos contingere. Hęc enim gratia non per Abraham, sed per Christum tradenti parabatur. Sanat autem Deus Abimelech, & uxore illius, & ancillas, quas putamus naturalē philosophiā, diversā & varia sedatio-

num commenta. Interea Abraham impartiri cupit donum cum gentibus divinae virtutis, sed nondum est tempus a priore populo transire ad gentes gratiam Dei. Secundum hunc allegoriam sensum, Pharaon qui interpretatur exterminator, Sarram, id est, virtutem accipere non potuit. Manet ergo apud Abraham virtus, manet in circumcissione, donec virtus veniat, ut in Christo Jesu perfecta virtus ad Ecclesiam gentium transfret. Tunc domus Abimelech & ancilla illius pariunt Ecclesiam filios. Hoc est enim tempus, quo sterilis parit, & hoc orante Abraham, hoc est, populo per Patriarchas & Prophetas prophetante. Unde & illic dicitur: *Redde viro suo uxorem, quia propheta est, & orabit pro te, & vires.* Postea intulit: *Orante autem Abraham, sanavit Deus Abimelech.* & reliqua.

CAPUT XXXII.

Tentavit Deus Abraham) Hic commemorat Deus filium charissimum, ut ageat pondus tentationis: & dicitur illi, ut vadat in terram visionis, ut dum ambulat, dumque iter agit, cogitationibus discerpatur. *Pervenit ad locum die tertia: ut in omni hoc spatio tam prolixo intreretur filium, Pater cum illo cibum sumeret, puer cibaret in gremio patris, ut tentatio in omnibus cumularetur. Quod autem sequitur: Postquam adoraverimus, revertemur ad vos. Dic mihi Abraham: Vera dicis ad pueros, quod adores & redeas cum infante, an fallis? Si verum dicis, ergo non facis eum holocaustum, sed fallis: tantum Patria: cham non decet fallere. Quid ergo animi in te dicat hic sermo? Verum, inquit, dico, & offero holocaustum puerum. Idcirco enim & ligna porto mecum, & cum ipso puero redeo ad vos. Credo enim verè, & fides mea est hæc, quod Deo omnipotenti possibile est illum à mortuis resuscitare. Denique quid dixit Dominus ad Moysen, cum venisset ad eum locum, quem demonstravit illi Deus: *Solve calcamenta pedum tuorum, quia locus in quo stas, sanctus est.* Ad Abraham verò nihil horum dictum est, nec etiam ad Isaac filium eius. Fortassis enim Moyses, quamvis magnum lumen Ecclesiam, de Aegypto veniens, habuit aliqua mortalitatis vincula pedibus suis innexa: Abraham verò & Isaac nihil horum habuerunt. Amavit Abraham Isaac filium suum, sed amori carnis prætulit amorem Dei. Hæc historice diximus: cæterum secundum sensum superius explanata sunt. Secundò autem benedicitur Abraham, per quod significatur: quia sicut pater est circumcissionis, sic & credentium ex gentibus pater est. Moraliter quoque sic potest intelligi: quia idcirco renovat Deus promissiones suas, ut ostendat tibi, quia debes & tu renovari. Primus enim homo de terra terrenus, secundus homo de caelo celestis. Non permanet ille in veteribus, ne & tu veteris homo permaneris: de caelo hoc loquitur, ut & tu imaginem celestis accipias: quid tibi prodest, si de caelo hæc loquitur, & tu de terra audias? *Et offer illius super unum montium.* Dicant Hebræi esse hunc montem, in quo postea templum conditum est: hoc est, in monte Moria, in quo est aurea ura Jebusæi. *Et abies in locum die tertia.* Notandum quòd de Geraris utique ad montem Moria iter est trium dierum, & consequenter illic dicatur die tertia pervenisse. Quando autem Abraham immolavit filium suum, personam habuit Dei Patris. Per hoc quòd in senectute genuit illum Abraham, figuratur, quòd penè in fine mundi Christus esset nasciturus. Non enim senescit Deus, sed illius sacramentum longè unum erat. Et senectus Sarræ significatur, quòd in fine temporum ex plebe sanctarum nasceretur Christus animarum. Fertilitas autem illius intimat, quòd insecunda fuit Ecclesia multis temporibus: sed nunc sub gratia multos habet vitæ filios. Aliter sterilitas Sarræ significat, quòd in hoc mundo sero facti sumus, & in Christo tantquam in Isaac omnes nati sumus. Quæ patri in fine temporum Ecclesia mirabili gratiâ Dei, non naturali fecunditate procreavit: sicut autem Abraham unum filium suum obtulit, & sicut Isaac ipse sibi ligna portavit: ita Christus in humeris portavit lignum crucis. Duo autem servi illi non perducti ad locum sacrificii, Judæos significant divisos*

in duas plebes, Salomone peccante: quia carnaliter servientes legi, non intellexerunt passionem Christi. A sinu autem ille est infensata stulticia Judæorum, qua portabat sacramenta, nec intelligebat quæ gestabat. Quodque sequitur: *Expectate hinc cum asino, & reliqua.* Postquam enim plenitudo gentium intraverit, tunc omnis Israël salvus erit. *Postquam verò, inquit, adoraverimus, ac si dixerit: Postquam adorare fecerimus, revertemur ad Israël.* Triduum autem illud, quo perventum est ad locum immolationis, tres graties mundi significat: unam autem ante legem, secundam sub lege, tertiâ sub gratia. In qua tertia ætate sacramentum crucis impletum est. Isaac ligatus super struem lignorum ponitur: Christus crucifixus, inspensus in ligno crucifigitur. Quòd autem pro Isaac immolatus est aries, significat quòd illas divinitate manente, secundum carnem crucifixus est, sive quòd idem Christus filius natus est. Aries immolatus cornubus hærebat. Crux enim cornua habet, unde scriptum est: *Cornua sunt in manibus illius.* Cornubus enim aries hærens, crucifixum Dominum significat. Vespere autem, crimina humana sunt. *Spinus autem, inquit, peccatorum circumdedit me populus hic.* Alii autem hunc arietem cornubus obligatum, eundem Christum senserunt, antequam immolaretur, spinis à Judæis coronatum. Peracto igitur sacrificio Deus ait Abrahæ: *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Hoc in Psalmo scriptum est: *Convertantur ad Dominum universæ fines terræ.* *Vocavit, nomen loci illius, Dominus videt, pro eo quòd videri se Dominus fecit, utique per incarnationem.* Alii dicunt, per ignem, passionem: per gladium, Judæorum odium significati. Et in eo quòd Isaac dixit: *Pater mi, Christum præfigurari dicentem: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste.* Moraliter autem Abraham unumquemque iustum significat. De noctu surgentem, de infidelitate. Sternentem alnum, id est, corpus suum legi. Duo verò juvenes, duas leges ostendit. Isaac verò filius, sensum perfectum. Ligna verò quæ conciduntur, opera perfecta: & locus Ecclesiam significat. Quòdque dicit: *Expectate hinc cum asino, sic intelligendum est, quasi diceret, carnem contingite, ego & puer id est, sensus illius.* *Dixit Isaac patri suo: Vbi est vitima pater? Per hoc sensus timere passiones & tormenta significat. Quòd autem dicit bis: Abraham, Abraham, vox objurgantis est. Quòdque dicit: Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sanctorum centuplum in præsentem significat, & multiplicationem in futuro præmiorum.*

CAPUT XXIII.

Et abierunt Bersabea, i. ad baptismum: & habitavit ibi, i. in Ecclesia: deinde moritur Sarra centesimo vigesimo anno vitæ suæ. Sed quid sibi vult, quòd in sepulchro duplici sepelitur? nisi quia anima quæ moritur mundo, ut Deo vivat, geminatè requie suscipitur, i. in actione boni operis, & in contemplatione divinitatis. *Sepulta est autem in civitate Arbea, i. quatuor: quia ibi Abraham, & Isaac, & Jacob, & ipse Adam conditus est.* Potest quoque Sarra virtutem animi significare, quæ sapienti viro velut uxor conjungitur. Dormitio verò Sarræ virtutis est consummatio atque perfectio. Qui verò consummata virtutis est, semper necesse est ut in aliqua eruditione versetur. Et ideò dormiente Sarrâ, Abraham aliam duxit uxorem. Cethura autem, thymiana offerens interpretatur. Per exercitia enim virtutum, Christi bonus odor efficitur. Secundum hanc ergo rationem tot videberis uxores accepisse, quot virtutibus polles. Spelunca duplex dicitur, i. duo sepulchra, ut alio intercessu, duplex est spelunca, significat duas leges intercessu literæ. Ager autem latitudinem Scripturæ.

CAPUT XXIV.

Quid autem sibi velit, quòd Abraham à servo suo postulans iurejurando fidem: *Pone, inquit, manum tuam sub femore meo, & adjuro te per Deum celi? Quid vult Deus celi ad femur Abrahæ, nisi ut cognoscatur sacramentum?*

Pharao.

Tentatur Abraham

Duplex sepulchrum

Cethura.



Rebecca.

per femur enim genus intelligitur. Ergo hæc fuit illa con-
juratio, in qua significabatur de genere venturum Chri-
stum in carne. Servus autem iste senior, imaginem legis
habet, per quam Ecclesia sponsa Christo despondetur: quæ
tamen propter antiquitatem senior nuncupatur. *Abijt
itaque in Mesopotamiam, sicutiq; iuxta fontem, quærens sponsam
Domini sui filio.* Sic & lex, quæ postmodum venit ad fontem
baptismatis: ubiq; orans, occurrit illi virgo Rebecca, id est, Ec-
clesia. *Vidit puerum, id est, sermonem propheticum. Se in-
clinavit, id est, suscepit fidem. Ornamenta, in aures & armil-
las, quasi intellectum & opus. Sicq; sequuta puerum venit ad
Isaac, id est, sequuta Ecclesia verbum propheticum, venit
ad Christum, quæ camelo ducitur: quia à gentilitate in
torcularis vitiosiusque conversationibus invenitur. *Quia Isaac
visit descendit: quia cognito Domino, gentilitatis vitia de-
teruit: quæ recordata paulo velatur, quia caro nostra de
errore prioris vitæ confunditur. Inclinato autem die ingres-
sus est Isaac in agrum: quia in extremo hujus mundi tem-
pore veniens Christus, quasi in agrum foras exivit: quia
cum sit invisibilis, visibilis se Ecclesia præbuit. Invenit
autem illum Ecclesia ad puteum vitonis, i. in contempla-
tione veritatis, live iuxta lavacrum aquæ ubi purificetur.
Sicque inde hinc copuletur sponso suo, adhærens illi glo-
riæ, æternitatis & regno. Hebraei dicunt, quod in sanctifi-
catione Abraham, hoc est, in circumcissione juraverit: nos
autem dicimus jurasse illum in semine Abraham, hoc est, in
Christo. Alii autem dicunt, per nutricem Rebecca disci-
puli nam Spiritus sancti figurari: per filium cum illa exi-
tente, synagogam Judæorum: per potum, doctrinam: per
camelos, poenitentes, qui utuntur decem verbis legis.
*Cecidit vas super ulnam, i. in humilitate permanens, duas
leges ostendit. Armilla autem pondus decem siclorum
habuerunt, i. decem verba legis. Domus Sarra, in quam
exivit post mortem, domus est synagoga, ad quam Ec-
clesia gentium ad credendum post synagogam venit. *Deduxit
Isaac Rebecca in tabernaculum, i. Christum Ecclesiam novi
Testamenti in Ecclesiam Apostolorum. Palea, i. multæ
species doctrinæ Spiritus sancti, quæ poenitentibus datur.
Maer Rebecca, gentilitas intelligitur: pater i. Iulius
Batuël, diabolus.****

CAPUT XXV.

Non est arbitrandum, ob incontinentiam duxisse A-
braham Cethuram, maxime cum esset grandævus,
aut propter creationem filiorum, dum per Isaac promif-
sum est illi semen, ut stella cæli. Sed sicut Agar & Hamael
carnales veteris Testamenti, sic & Cethura & filii eius si-
gnificant hæreticos, qui se exilliant pertinere ad novum
Testamentum. Sed utraq; concubina dicuntur. Sic enim
dicitur: *Filius concubinarum largitus est munera.* Sola Sarra
semper uxor vocatur. *Vna est enim, inquit, columba mea.* Ce-
thura interpretatur copulata aut vitia, quam ob causam
suspiciantur Hebræi eandem esse Agar, quæ Sarra mortuâ
de concubina transierit in uxorem. Et videtur jam depo-
biti Abraham excusari atas, ne senex post mortem uxoris
vetulæ novis argua: ut nuptiis lasciville: nos quod incer-
tum est relinquentes, hoc dicemus, quod de Cethura nati
sunt filii Abraham. *Dedit ergo Abraham cuncta quæ possidebat,
Isaac filio suo: filius autem concubinarum largitus est munera, &
separavit illos ab Isaac filio suo.* Quid hoc significet, notan-
dum: quia dantur nonnulla munera hæreticorum, i. car-
nalibus, sed non perveniunt ad regnum promissum, nec
hæretici, nec Judæi: præter Isaac enim nullus est hæres,
quia non filii carnis, sed filii promissionis deputantur in
semine. Quod autem Rebecca dicitur: *Due gentes in utero
tuo sunt, & duo populi in ventre tuo dividuntur:* figuratè fa-
ctum etiam Judæis non credentibus notum est, qualiter
populus Ecclesiæ populum synagoga superavit: & quo-
modo populus Judæorum major tempore servivit minori
populo Christianorum. Et in nobis quoque duæ gentes
& duo populi sunt, virtutum atque vitiorum: sed ille mi-
nor est, ille major. Semper enim vitia numerosiora sunt
virtutibus. Sed tamen & in nobis per gratiam Dei popu-
lus major servivit minori. Servit enim caro spiritui, & vi-

tia virtutibus. Si enim tales somus, qualis Rebecca, &
inereamur de Isaac, i. de verbo Dei concipere, cedent vi-
tia virtutibus. *Procepit autem Esau primus, Yusuf, & totus tan-
quam pellis hirsutus. Deinde exivit frater illius Jacob, & manus
implixa erat calcaneo Esau.* Sed cur ille totus rufus & hirsu-
tus? Vere quia populus prior & Prophetarum & Christi
et uore pollus sit in peccato, nequitia extitit squalore
circumdatus. Cujus ideo minor calcaneum tenuit, quia
mylicè minor populus majorem escam fratri vendidit,
ac postmodum priuâ benedictione promissâ privatus, si-
gnificat eundem populum, qui primogenitus à Deo nomi-
natus est, propter præsentis mundi lucra non solum pri-
matu sui honorem amissit, verum etiam à regi cœle-
stis præparatum præmium adipisci non meruit. Unde illi
dicitur: *Transferretur à vobis regnum mundi.* Primogenita au-
tem ipsa velle erat sacerdotaria, quæ majores uatu, cum
benedictione patris induit, velut Pontifices victimas offe-
rebant. Hoc dono terreni amoris desiderio caruerunt Ju-
dæi cum gloria regni futuri. Quod autem Esau vir ignarus
venandi dicitur, & homo agricola, populum Judæorum signifi-
cat, qui venator dicitur propter venationem, & agrico-
la, dum pro bonis terræ Deo tantum servivit. *Jacob vero
simplex, i. populus gentium, cuius Christus non reputa-
tus in tabernaculo, i. Ecclesia.* Quodque dicitur: *Isaac ama-
vit Esau, eo quod de venationibus illius vesceretur:* populum si-
gnificat Judæorum à Deo Patre amatum, quando bonis
fuit in lege & in oblationibus. Jacob autem vendens pul-
mentum, populum significat Christianorum, vendentem
in fidelitatem & vanitatem propter cœlestis regnum, &
centuplum in præsentem comedit, in corpore: bibit, i. anima:
abit, i. à facie Christi.

CAPUT XXVI.

Rebecca debuit sams super terram, abijt Isaac ad Adimelschre-
gem Palæstinorum in Gerara. Ibiq; Rebecca causâ
timoris fugit forem, quam Rex alienigenam, conju-
gem Isaac tunc esse cognovit, quando illum cum ea lu-
centem vidit. Quid tibi velle in sacramento Christi &
Ecclesiæ, quod tantus Patriarcha cum conjugē Judææ.
Conjugiumque illud cognovit, vidit profecto quippe,
ne aliud errando, in Ecclesia peccet, sed secretum viri-
lius in Scripturis sanctis diligenter intueatur. Et invenit
illum, qui in forma Dei æqualis est Patri, paulisper ab-
scondisse se in formam servi, ut illius capax esse humana
infirmitas posset, qui modo conjugi congruum iter apa-
ret. Quid enim absurdum, imò quid non convenienter
futurorum pronuntiationi accomdatum? Si Propheta
Dei aliquo modo lusit, carnale est, ut illum caperet affe-
ctus uxoris: quum ipsam verbum Dei caro factum est, ut
habitaret in nobis.

Post hoc Isaac adgressus est opus, & cepit fodere puteos, quos
foderunt pueri patris sui Abraham: sed invidentes ei Palæstini, ob-
struxerunt illos, implentes humo. Quis est iste, nisi Salvator
noster? qui dum descendit in istum torrentem Gerara,
primò omnium illos puteos fodere cepit, quos foderunt
pueri Patris sui, Moyses, David, Salomon & Propheta,
quos tamen terrena & sordida replevit intelligentia, &
illorum os quum purgare vellet Isaac, ut ostenderet, quia
quæcunque lex & Propheta dixerunt, de ipso dixerunt.
Rixati sunt cum eo Philistini, i. Judæi, alieni à regno Dei.
vidit ergo Isaac, imò pueri Isaac novum puteum. Pueri Isaac
sunt, Mattheus, Marcus, Lucas, Joannes, cæteri; Apo-
stoli, qui omnes novi Testamenti putei foderunt, & inve-
nerunt fontem aque salientis in vitâ æternam. Sed pro his
adhuc altereantur illi, qui terrena aspiciunt, quibus dicitur:
Quoniã in indignos vos judicavit gratia Dei, ibimus ad gentes.

Post hæc tertium puteum fodit Isaac, & appellavit illum lati-
tudo, dicens: *Nunc dilatavit nos Dominus.* Verè dilatatus est
Isaac, & implevit omnem terram scientiâ Trinitatis, & in
toto orbe Ecclesiæ latitudinè collocavit. Sed quid est quod
puteos Abraham, quos aperuit Isaac, sic vocavit, sicut &
pater illius? nisi quia Moyses apud nos Moyses nomina-
tus est, & Propheta unusquisq; suo nomine. Hæc mylicè,

Ego Deus Abraham patris tui. ac fideret. Dum patris tui Deus sum, misericors ero tibi. *Extendis tabernaculum, id est, Ecclesiam præcipiis, servus Ius, id est, Apostolis: us foderent puteum, id est, doctrinam Apostolorum suis propriis scripturionibus.* Sciendum autem, quod Abimelech, quem diximus, significat philosophos, & studiosos esse: quodque non semper habet pacem cum Isaac, sed aliquando diffidet, aliquando pacem requirit. Nec enim Philosophi semper cum verbo Dei consentiunt, nec semper contrarii sunt uni Deo. Multi enim philosophi, Deum esse qui cuncta creavit, scribunt. Nonnulli etiam hoc addiderunt, quod cuncta Deus per verbum suum fecerit, vel creaverit, & quod verè verbum Dei sit, quod cuncta moderatur & gubernat. In hoc cum lege & Evangelio consentiunt. Diffident verò à nobis, quum dicunt, Ad deo materiam coactam esse, quum negant Deum curare mortalia: sed providentiam illius supra lunaris globi spatium coherenti, quum nascentes stellarum circibus pendunt: quum perpetuum hunc mundum dicunt, & nullo sine claudendum. Sunt & alia plurima, in quibus diffident & concordant: *Fiat coniuratio inter nos & te.* Qui enim vult accedere ad legem Dei, necessariò dicitur: *Iuravi, & statui custodire iudicia iustitiae tuae.* Et per sequentia verba remissionem peccatorum videtur potestatem pro illorum satisfactione. Sequitur: *Et fecit illis convivium.* Qui enim ministrat verbum, sapientibus & insipientibus debitor est.

Abimelech, Ochozath, Phicol, loquutus est illi Isaac.)

Cum venissent Geraris & Abimelech, Ochozath, & Phicol, loquutus est illi Isaac.) Abimelech interpretatur meus rex. Ochozath interpretatur tenens. Phicol, os omnium. Qui tres, ut ego arbitror, figuram tenent totius Philosophiae: quia apud illos in tres partes dividitur, in Logicam, Physicam, Ethicam: rationalem, naturalem, & moralem. Ratio naturalis illa est, quae Deum patrem omnium confitetur, ut est Abimelech. Naturalis illa est, quae fixa est, & tenet universalia, velut naturae ipsius nitens viribus, quam profitetur, ut est Ochozath, qui dicitur tenens. Moralis est, quae in ore est omnium, & ad omnes pertinet per convivium similitudine præceptorum, quam designavit Phicol, qui est os omnium. Illi ergo omnes veniunt ad Isaac, id est, ad legem Dei. Ad iuramentum mutuo post convivium: quum enim resecti fuerint spiritualibus mysteriis, & baptismi donum perceperint, promittit se Deus illis omnia debita dimissurum, ut illi omnia dimittant. Postea etiam hi tres significant tres magos, qui ex Orientis partibus venerunt ad Jesum, et in institutione majorum.

Dimisit, illos Isaac pacifice in locum suum.) Secundum alios significat, quod alibi dicitur: Vniquisque in illo in quo vocatus est, permaneat. *Appellavitque abundantiam:* id est, quatuor flumina Apostolorum.

CAPUT XXVII.

ESAU verò quadragenarius duxit duas uxores: significans populum haereticorum, qui se putat per quatuor duces duas Ecclesias haereticorum: quae ambo offendunt animam Isaac & Rebecca, id est, Christum, Ecclesiamque eius. Quod autem dicitur oculus Isaac caligasse, significat inspectiones divinas culpas peccatorum non videre. Moraliter autem Isaac apud alienam gentem puteos fodisse describitur, quo videlicet exemplo dicimus, ut in hac peregrinationis arumna politici, cogitationum nostrarum profunda penetremus. Et quousque nobis veræ indulgentiae aquae respondeant, nequaquam nostrae inquisitionis manus ad exhauriendam cordis terram torpescat; quas tamen puteos, Alopilli insidiantur, repleverunt: quia nimirum immundi spiritus, quum nos studiosè fodere conspiciunt, abiectione nobis cogitationes tentationum dirigunt. Sequitur ipsa benedictio in Jacob, quam Hippolytus martyr replicavit, Isaac, inquit, portat imaginem Dei patris: Rebecca imaginem Spiritus sancti: Esau verò prioris populi & diaboli. Jacob imaginem Ecclesiae & sancti. Per hoc quod senuerit Isaac, consummatio mundi ostenditur. Per hoc quod oculus Isaac caligaverint, significat fidem de mundo perisse, & religionis lumen abiectione esse. Quod filius major vo-

catur, acceptio legis est Judaeorum: quod escas illius atque captivam diligit pater, homines sunt ab errore salvati, quos per doctrinam iustus quisque venatur. Sermo de re promissione est benedictio & spes regni futuri, in quo cum Christo sancti regnaturi sunt. Rebecca gerens Spiritus sancti figuram, quae futura noverat in Christo. In Jacob autem meditatatur.

Loquitur ad filium suum juniorem, *Pade ad gregem, & asser mihi duos haedos.* Praefigurans carneum Salvatoris adventum, in quo illos vel maxime liberaret, qui peccatis tenebantur obnoxii. Siquidem in universis Scripturis haedi pro peccatoribus accipiuntur. quare autem duos jubet afferri? Quia duorum significatur assumptio populorum, quos teneros & bonos, docibiles & innocentes animas ostendit. Stola Esau, fides & scripturae Hebraeorum sunt, quibus postmodum indutus est populus gentium. Pelleque illius brachii circumdata, sunt peccata utriusque plebis, quae Christus in extensione manuum cruci secum pariter affixit. Quod Isaac quaerit ab Jacob, cur tam citò venisset, velocem in Ecclesiam miratur credentium fidem: quod cibi delectabiles offeruntur, hostia Deo placens, salus est peccatorum: quod postea sequitur benedictio, & illius odore perficitur, virtutem resurrectionis & regna aperta voce pronuntiant; taliter verò benedicitur: *Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni.* Odores nominis Christi licet ager mundum implet, cuius benedictio de rore caeli, de verborum pluvia divinatorum, & de pinguedine terrae, hoc est congregatione populorum, multitudine frumentorum. Haec multitudo, quoniam colligit de sacramento corporis & sanguinis sui: illi autem serviunt, ex Gentibus ad illum converti. Ipsum adorant tribus populi, ex circumcissione credentes. Ipse est Dominus fratrum suorum, quia plebi dominatur Judaeorum, ipsum adorabunt filii matris suae, quia ipse ex illa secundum carnem natus est. *Ipsum qui maledixeris, maledictus est: & qui benedixerit, benedictionibus replebitur.* Quis nesciat, Judaeos Christo maledicentes, esse maledictos: & populum Christianorum Christo benedicientem, esse benedictum? Ecce alium pro alio benedixit Isaac, expavit & cognovit, nec tamen indignatur relicto ubi sacramento: sed confirmat, dicens: *Benedixi illi, & benedictus erit.* Haec est benedictio, quae data est minori populo Christianorum. Sed nec tamen majorem filium fuisse despectum putandum est: quia cum intraverit plenitudo gentium, tunc omnis Israel salvus erit. Cujus benedictionis propheta haec est in pinguedine terrae, & in rore caeli, erit benedictio tua: in pinguedine terrae & fecunditate, videlicet rerum, & potentia regni, quae in illo populo fuit: & in rore caeli, id est, in eloquiis divinis; ipsis enim credita sunt eloquia Dei.

Vives gladio. Quia sanguini in initio populus ille deditus, haec in Christo, vel in Prophetis exercuit. *Fratri tuo servies: & reliqua.* Significat, quod Idumaei servituri sunt Judaeis, & tempus esset venturum, quando de collo jugum abjicerent servituti. Spiritu autem fratri tuo servies minori, scilicet populo Christiano. *Tempusque veniet, cum excuties jugum illius, & reliqua.* Dum per agnitionem fidei illius ad gratiam Christi conversus, depositurus onus legis, quando jam non servus populi minoris, sed per fidem frater vocaberis. Igitur Esau post benedictionem patris, invidia stimulis concitatus, fraudulenter excogitat. Hoc nimirum & Judaeus populus in Christo praemeditatus, non solum Dominam crucis patibulo tradidit, verum etiam credentes in illum usque, ad effusionem sanguinis persecutus. Alii autem dicunt, *Ecce odor filii mei:* conjungi debere ad locum, ubi dicit, *Sensit vestimentorum illius fragrantiam & reliqua.* Haec autem sententia tam Christo usque adeo proprie convenit, quam populo Christiano. Odor autem Christi, doctrina Spiritus sancti per Evangelium, sive in Apostolis, ut *odor bonus Dei sumus:* & unicuique doctori in sua doctrina & exemplo. Haec omnia quae sequuntur, tam Jacob historialiter conveniunt, quam populo Christiano: quando autem ex persona Christi, ad populum Christianum, *De pinguedine terrae, id est, populus Christi.* Quando verò sancto à Christo dicitur *de pinguedine terrae,*

Odor bonus.

Abundantia.

pinguedinem pramiorum celestium extraneorum in futurum significat: ut dicitur, *Credo videre bona Domini in terra viventium*. Abundantia frumenti, vini & olei, historialiter respicit ad tria loca, in quibus habitaverunt filii Israel. Abundantia frumenti, in terra Chanaan, ubi accepit Jacob benedictionem ab Isaac: vini in Ægypto, olei in terra repromissionis. Si ve hæc tria dicuntur per abundantiam terræ repromissionis. Aliter abundantia frumenti, significat abundantiam frumenti Joseph in Ægypto: abundantia vini, abundantiam mannae in eremo: abundantia olei, abundantiam terræ repromissionis. Per abundantiam frumenti, vini & olei, optatur ut offerat Ecclesia Christo abundantiam perfectorum operum, & mandata dura ac levia, quando abundanter hæc Christus omni sancto optat. Per frumentum, vinum & oleum, cogitatio, verbum & opus significantur. Frumentum enim crescit: oleum quando liquorem profert, non crescit: sic & cogitatio crescit in verbum, & verbum crescit in opus, opus autem stat. Sic omnia quæ sequantur, Jacob historialiter conveniunt, & Christo à Deo Patre, & populo Christiano à Christo, & unicuique sancto, sicut superius explanatum est.

CAPUT XXVIII.

JACOB autem fugiens dolos fratris, relicta domo patria, vadit in regionem longinquam, ut acciperet sibi uxorem: & Christus abiit in gentibus à populo, & patria domo, id est, Jerusalem, accipiens inde sibi Ecclesiam: sicut scriptum est: *Vocavi plebem meam, non plebem meam*.

Pergente autem Jacob in Mesopotamiam, invenit locum qui vocatur Bethel, & posuit sub capite illius lapidem magnum. Et dormiens vidit scalam subnixam innitentem caelo, & angelos Dei ascendentes & descendentes. Bethel interpretatur domus dei, quæ est Ecclesia: ubi Jacob dormivit, hoc est, ubi Christi prædicatur passio. Somnus enim Jacob, passio Christi est, Lapis autem ille ad caput illius, nihilominus Christus, qui lapis sine manibus excisus de monte, crevit in montem magnum, & implevit omnem terram. Quod autem unctus est, quis nesciat Christum ab unctione nuncupari? cui dicitur, *Vnixit te Deus tuus oleo latitæ*. Et per scalam nihilominus Christus intelligitur, qui dicit: *Ego sum via, & nemo potest venire ad patrem, nisi per me*. Erectio autem lapidis, resurrectio Christi. Non incongrue autem iuxta allegoricam interpretationem, ut Jacob, & lapis, & scala pro diversis causis Christus intelligatur, sicut in multis locis invenimus. Angeli autem ascendentes & descendentes, prædicatores sancti sunt. Ascendunt utique, quum ad intelligendam illius eminentissimam divinitatem excedunt universam creaturam, ut illum inveniant: ut, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & per ipsum omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil*. Descendunt autem, ut illum inveniant: ut, *Factum ex muliere, factum sub lege*. Illa scala à terra usque ad caelum, id est, à carne usque ad Christum, quia in illa carnalis proficiendo, ut ascendendo spirituales fiunt: ad quos lacte nutriendos spirituales descendunt, quum illis loqui non possunt, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: ipse est sursum in capite suo, ipse deorsum in corpore suo, quod est Ecclesia. Ipsum ergo scalam intelligimus, quia per ipsum ascenditur, ut excelsa intelligat: & ad ipsum descenditur, ut in membris illius parvulus nutriatur: & per ipsum solum se erigunt, ut illum sublimiter expectent, per ipsum se etiam humiliant, ne illum humiliter ac temporaliter enuncient. Quod autem Jacob in terra Chanaan non vidit istam spirituales visionem, significat unumquemque non videre visiones spirituales, nisi deserat peccata & vitia: ac postquam deseruerit, sine dubio videbit. Quodque post solis occasum vidit Jacob istam visionem, significat quia post occasum bonitatis mundialis videt quisque sanctus spiritualia in Ecclesia: Jacob autem qui tulit lapidem, significat populum Christianum. Lapides autem de quibus portatur lapis, id est, Christus, significat Iudæos: qui dicuntur lapidei, propter duritiam cordis eorum. Christus autem dicitur lapis propter firmitatem & stabilitatem,

Bethel.

Christus unde dicitur. Scala Jacob.

Lapis.

quia ex Iudæis carnem assumpsit. Qui etiam sub capite ponitur, hoc est, sub principatu populi Christiani. Dormitio autem Jacob, eisdem populi mortificationem significat pro Christo, vitii & passionibus. Quod autem Jacob non dormierit usque dum veniret ad lapidem, significat populum Christianum supra dictam mortificationem non habere usque ad adventum Christi, propter cuius adventum & mortificationem vitiorum videt unusquisque sanctus spiritualia, sicut visionem Jacob post dormitionem vidit. Scala autem quam vidit Jacob, secundum alios, duas leges significare dicitur. Ligna autem, id est, gradus scalæ, ordinem significant mandatorum: qui etiam gradus quindecim dicuntur, & quindecim Psalmi, qui Canticum graduum inscribuntur. Angeli autem ascendentes & descendentes, angeli sunt qui ministrant hominibus, id est, misericordes & immisericordes. Aliter per angelos ascendentes significantur ii, qui incipiunt quidem penitentiam, sed non perficiunt. Aliter per hanc scalam vita ostenditur unusquisque credentis: & per duo ligna, corpus & anima. Quodque dicitur ascendentes & descendentes: significat quod spiritus uniuscuiusque hominis ascendunt & descendunt inter actualem vitam & contemplativam. Aliter, Ascendunt & descendunt, de terra ascendentes intelliguntur, ut Helias & Enoch: & descendentes de caelo, ut demones, qui etiam angeli dicuntur, non tamen angeli Dei. Nam Apostolus angelos vocat, ubi ait: *Datus est mihi angelus sathane, qui me calaphizet*. Vel per ascensum & descensum intelligitur licet descensum Christi, quando relicta dextra patris omnipotentis, tanquam sponsus de thalamo procedens, ad assumptionem carnis in mundum venit: ascensum autem, quum mortis contractis viribus, victor gloriofus, captivam ducens captivitatem, in caelum videntibus discipulis elevatur. Historialiter verò hæc significant ad Jacob, quod aliquando ad terram suam iterum ascenderet, quamvis nunc fratris Esau indignationem propter benedictionem dolo matris surreptam fugiens, in Mesopotamiam descenderet. Descendit autem Jacob in Mesopotamiam, quia situ loci inferior est quam terra repromissionis. Quod autem Deus loquutus sit de scala, significat loquutionem Dei de suis mandatis ad homines.

Terram in qua dormis tibi dabo & semini tuo. Hochistorialiter impletur, & spiritualiter terra Ecclesiæ Christo data est, & semini illius, i. populo Christiano. Occidens autem in hoc loco occasum bonitatis mundo significat, oriens bonitatem futuram, septentrio contractionem voluntatis, meridies calorem fidei. Quæ sunt autem porta caeli, nisi mandata, sive Apostoli, qui porta dicuntur: quia per illorum doctrinam intratur in credulitatem Patris & Filii, & Spiritus sancti. Oleum autem super lapidem significat annunciationem, sive de incarnatione, sive de divinitate, sive de misericordia illius.

CAPUT XXIX.

POST hanc visionem inde Jacob iter faciens, vidit oves, & pastores, & puteum aquæ, & lapidem magnum superpositum. Figuraliter autem oves, iustorum populi: pastores prophetae sunt, qui usque ad adventum Christi Spiritu sancto mandati, populum Israel gubernabant. Lapis puteo superpositus, figuram Domini præfererebat: puteus Spiritus sancti, qui operatus fuit, nondum adveniente Christo, & homine facto verbo Dei. Aliter per puteum baptismum, per agrum hic mundus; quod autem greges dicuntur, fidem Trinitatis, vel tres leges cum supra dicto populo accumbentes, i. in humilitate: per pecora quæ ex illo aquabantur, simplices, & baptismi gratiam invenientes; per lapidem quo clauderetur os putei, duritia infidelitatis: qua abjecta, homines possunt baptismum accipere. Pastores autem in hoc loco Apostoli sunt, qui Christus lapidem de puteo abtulit, i. infidelitatem de baptismo. Aliter puteus, vetus Testamentum: tres autem greges sunt, phycam, ethicam, logicam exercentes: pecora autem, populus veteris legis, sperans in bonis terræ. Lapis verò litera legis, quæ celavit sensum spirituales, quam Christus adveniens amovit,

igitur

Lia. Igitur Iacob pergens in Mesopotamiam, accepit uxores duas, filias Laban fratris Rebecke. Prima namque Lia, secundum Rachel, & ancillam Lia nomine Zelpham, & ancillam Rachel nomine Balam, ex quibus quatuor genuit duodecim filios. Duæ uxores Iacob liberae, possunt esse duæ vitæ in Christi corpore, quæ nobis prædicatæ sunt. Una temporalis, in qua laboramus: alia æterna, in qua delectationem dei contemplamur. Lia enim laborans interpretatur, Rachel visum principium. Actio ergo huius vitæ, ex qua vivimus ex fide, laboriosa est, & incerta in operibus, quod perveniat in exitu, ad utilitatem illorum quibus consolare volumus. Ipsa est Lia prior uxor Jacob, ac per hoc infirmis oculis fuisse describitur. Cogitationes enim mortalium timida: spes vero contemplationis Dei habens scientiam, ipsa est Rachel, unde dicitur pulchra specie. Hanc enim amat omni specie studiosius, & propter hanc servit gratia Dei. Laban quippe interpretatur dealbatio. Per illam enim gratiam peccata quæ sunt ut phœnicium, ut nix dealbantur; ergo propter Rachel, non propter Liam servitur. Quis enim adualem vitam propter semetipsam expectierit: sed tamen nocte supposita, expertus est fecunditatem ejus. Actualis enim vita per exemplam atque doctrinam, multos generat filios: cum autem unicuique sub dealbationis gratia, constituto per septem mandata legis, quæ sunt dilectio proximi, tolerantia laboris, adhaerent in variis tentationibus, vel in nocte Lia inopinata conjungitur: & hanc sustinet, ut ad illam perveniat, acceptis aliis septem præceptis, quasi serviens aliis septem annis: ut sit pauper spiritu, mitis, iugens, esurians, sciensque iustitiam, misericors, mundo corde, pacificus. Velle enim homo, si fieri possit, sine ulla laboris tolerantia statim ad pulchram contemplationis delicias pervenire: sed non hoc potest esse in terra morientium, unde dicitur: Non est moris in hoc loco, ut minor habeatur ante quam major: quia non absurdè major appellatur, quia tempore prior est. Prior autem est in eruditione hominis labor boni operis, quam requies contemplationis. Sed & hoc sciendum est, quod postquam Liam Jacob fraude deceptus pro Rachel uxorem accepit, dicitur ei a fœdero Laban, ut septem dies post nuptias fororis prioris expleat, & sic accipiat Rachel, pro qua iterum septem annis aliis serviturus ut. Non igitur, ut quidam malè existimant, post septem annos alios Rachel accepit uxorem, sed post septem dies nuptiarum primæ nam sequitur: Et ingressus est ad Rachel & dilexit illam magis quam Liam, & servivit illi aliis septem annis. Itaque ambæ uxores Iacob liberae: ambæ quippe sunt vitæ remissionis peccatorum, hoc est dealbationis, quæ est Laban: una amatur, alia toleratur. Pro fecunditate fructum quippe maximum habet labor iustorum in illis quos regno Dei generant in tribulationibus multis. Rachel clara aspectu, mente accedit Deum, & vidit in principio verbum Dei apud Deum, & vult parere, & non potest: quia generationem illius quis enarrabit? & ideo sterilis, quia in variis pressuris non subvenit. Ipsaque interdum procreandi charitate inardescit; vult enim docere quod novit, & dolet potius currere homines ad illam virtutem, quæ illorum necessitatibus consulit, quam ad illam.

CAPUT XXX.

Bala. **Z**ELAVIT Rachel sororem suam: & quia purus spirituali ter editus substantiæ verbis carnalibus exprimi non potest. Per quaslibet similitudines corporeas elegit Rachel ex viro suo, & ancilla suscipere filios, quam sine filiis remanere. Bala quippe interpretatur inveterata; de veterate quippe vita carnalibus sensibus dedita cogitamus imagines, cum aliquid de incommutabili substantia veritatis auditur. Suscipit de Lia & ancilla sua filios, amore prolis numerosioris. Invenimus autem Zelpham interpretari os hians: & illos significat, quorum prædicatione os erat, & cor non erat. Christus enim inquit: Hic populus labii me honorat, cor autem eorum longè est à me. & ex Zel-

pha tamen proles suscipitur, sive ait Apostolus, occasione, sive veritate Christus annuncietur, in hoc gaudeo, & sunt viri quidam affectus, licet ex beneficio Rachel edit, quum virum suum secum debita nocte cubituro acceptis à filio Lia mandragoris malis, cum fore cubare permittit. Scimus mandragoram pulchram esse, & suave odorem, sapore autem invalido: & hic significat bonam famam mundiale; unde dicit Apostolus: Oportet Ecclesiam testimonium habere bonum ab his qui foris sunt; qui plerumque reddunt splendorem laudis, & odorem bene opinionis, his per quos sibi consulitur. Et ad istam gloriam primi perveniunt, qui in actionum periculis & labore veriantur. Propterea Lia filius mandragoram invenit, exiens in agrum, id est, honestè ambulans ad illos qui foris sunt. Doctrina verò sublimior in contemplatione defixa, hanc popularem gloriam non assequitur, nisi testimonium habeat ab his, qui inter turbas populares laborant, & ita quodammodo mala mandragorica per Liam perveniunt ad Rachel: ad ipsam verò Liam per filium primogenitum, id est, per honorem fecunditatis illius. Plerique etiam bono ingenio præditi, quamvis idonei regendis populis fuisse possunt, tamen evitant, & in doctrinæ ortum tanquam in speciosos Rachel feruntur amplexus. Et quia bonum est, ut etiam hæc vita paulò latius innotescens, popularem gloriam mereatur; istum est autem, ut illam consequatur, si amatorem administrandis ecclesiasticis curis aptum ortum detinet, nec gubernationem communis utilitatis impertit. Propterea Lia forori suæ dicit: Parum est tibi quod virum meum accepisti, in super & popularem gloriam requiris. Proinde ut illum iustè compareret, impartit Rachel virum forori suæ: ut si vacare scientiæ diligerent, suscipiant tamen regimen propter hoc qui idonei sunt: sed ut hoc suscipiant, non coguntur. Hoc autem significat, quod dicitur: Quam venisset de agro Iacob, occurrit illi Lia, dicensque: Illum, ait: Ad me intrabis, quia mercede conduxisti te pro mandragora filii mei, tanquam diceret: Vis conferre bonam opinionem, noli fugere ociosum laborem. Hæc in Ecclesia geri quisquis advertit, cernit. Possit quoque Lia Ecclesiam significare. Lia enim synagoga Dei genuit populum. Et oculis quidem gravida legitur, quia spirituale sensum in litera videre non potuit. Rachel junior, id est, Ecclesia tempore posterior: pulchra specie, sancta corpore & spiritu: quæ etiam tam diu sterilis fuit, quousque spiritum synagoga generavit. Cur autem Jacob pro Rachel servivit, & supponunt illi Liam? quia Dominus, ut assumeret Ecclesiam, prius sibi synagogam conjunxit. Servivit Jacob pro duobus uxoris septem annis, tempus huius vitæ significat, quia per septem dies tempus evoluitur, in quo Dominus formam servi accepit, factus obediens usque ad mortem: ille pro ovibus servivit; & Dominus ait: Non venit filius hominum ministrari, sed ministrare: ille oves pavit, & ait: Ego sum pastor bonus: ille mercedis lucro varium sibi pecus acquisivit, Christus diversarum gentium varietatem sibi mer congregavit; ille tres virgas amputatas manibus in alveis aquarum posuit, ut illarum contemplatione multiplicarentur illi oves; & Dominus noster in aqua baptismatis trium personarum novum proposuit populo fidei, ne quisquis pleno corde prospexerit, efficiatur ovis Dei. Ab aliis idcirco primus mensis sine mercede agi dicitur: quia tunc in hospitio fuit, Laban quoque ad Jacob pro pudicitia dixit: Quid mercedis accipies, sive pro dilectione illius? Quod autem Lia in nocte conjungitur Iacob, significat synagogam Deo conjunctam in tenebris literæ: turbaque amicorum Lia, significat turbam Patriarcharum & Prophetarum. Rachel verò in die, i. Ecclesia gentium in die novi Testamenti, huiusque amicorum turba significat Apostolos, qui sunt amici Dei, ecclesiarum gentium; & vocavit nomen illius Ruben, qui doctorem perfectum significat in Ecclesia; videntes filios, i. in Ecclesia; vel videntem filios hæreticorum, & non permittentem habitare in Ecclesia. Simeon verò significat populum Christianum, qui audit legem in tempore novi Testamenti. Duo simul filii Lia, significant duos populos Ecclesiarum. Ruben populum Iudæorum, qui vivit per legem;

Mandragora.

Lia.

Rachel.

Ruben.

Simeon.

Simeon

Levi.

Judas.

Mandragora simili homini

Simeon populum gentilem, qui audit legem ab Apostolis atque doctoribus, ut alibi dicitur: *Oculus videns testimonium perhibebat mihi, & auris audiens beatificavit me.* Et vocavit nomen illius Levi, qui interpretatur copulatio: significat populum Christianum copulatum Christo omnes sanctos per doctrinam suam. Judas vero figuram Christi tenuit, dicens: *Constitetur tibi pater celi & terræ.* sive populum Christianum, qui confitetur Patri & Filio, & Spiritui sancto. Rachel autem quando conjunxit Balam & Jacob, significat synagogam Judæorum, sed ex parte Apostolorum Ecclesiam Christo conjungentem. *Egressus autem Ruben invenit mandragoras.* Hoc genus ligni ab aliis dicitur similitudinem hominis habere tam in manibus, quam in pedibus, sive in digitis, sive capite: caput tamen non habentes, id est, Christum, qui est caput Ecclesiæ. Laban significat populum imperitum, qui albas per hær retum, & nigras per peccatum animas docent; quando placiti advenit tempus, i. tonfuræ ovium, vel divisionis. Laban quoque, cujus figuram tenet in hoc loco, paulo antè dictum est, Jacob sine dubio Christum significat: tres autem virgæ, tres leges: carnalia, exempla Patriarcharum, Prophetarum & Apostolorum: aqua posita in canalibus, per exempla supra dictorum significat baptismum: oves variz, animas sanctorum diversitate virtutum; arietes, Apostoli: de quibus dicitur, *Afferre Domino filii Dei usque arietum.* Sicut enim omnes oves diversæ coloris assignantur Jacob, sic animæ sanctorum diversæ, & pro variis virtutibus Christo. Alter tres virgæ, Christum, & Spiritum sanctum, & Mariam significant: Jacob autem Deum Patrem: aqua doctrinam Evangelii; oves, ut superius, carnalia corpora sanctorum: arietes, doctores sanctos.

CAPIT XXXI.

Decem vicibus mutavit mercedem meam. Hoc pro magnitudine dicitur, sive pro consuetudine hominum loquendi, sive pro quinque annis, quibus Jacob servivit ad Laban. In quinque autem annis habuit decem vices, quia oves Mesopotamiæ bis gravidæ in anno intelliguntur. Jacob autem solus intravit ad Laban, sic & Christus singulariter ad diabolum in mundum intravit: & sicut Jacob de substantia Laban dives factus est, sic & Christus ditatus est de substantia diaboli. Quid autem significat hoc, quod post servitatem longinquam, *Eugiens Jacob cum uxoribus suis ignorante Laban, persequens illum in montem comprehendit, & idola qua Rachel jurata erat, inquisivit, & non invenit?* Laban diabolium significat, cum aliud superius significavit. Laban interpretatur dealbatio: cum enim sit diabolus tenebrosus, ex merito transfiguratur se in angelum lucis. Huic servivit Jacob, i. ex parte reproborum Judaicus populus, ex cuius carne incarnatus Dominus venit. Potest etiam per Laban mundus exprimi, qui turore Jacob persequitur electos quoque, qui Redemptoris nostri membra sunt, opprimere conatur; hujus filias, i. mundi, sive diaboli, Jacob abstulit, cum Christus sibi Ecclesiam ex gentilitate, & ex circumcissione conjunxit, quam ex domo patris extrahit, cum dicitur: *Obliviscere populum tuum, & domum patris tui.* Quid verò in idolis, nisi avaritia designatur? Unde dicit Apostolus: *Avaritia, qua est idolorum servitus.* Laban verò veniens apud Jacob, non inveniens: quia ostensis mundi thesauris, diabolus in Redemptore nostro vestigia terrenæ concupiscentiæ non invenit: sed quæ non habuit adibus, illa sededo Rachel cooperuit. Per Rachel quippe, quæ ovis Dei dicitur, Ecclesia significatur; sedere autem, est humilitatem penitentis appetere. Rachel ergo sedendo operuit, quia sancta Ecclesia Christum sequens, terrenæ concupiscentiæ vitium per humilitatem penitentis operuit, de hac cooperitione vitiorum dicitur: *Beati quorum remissa sunt iniquitates, & reliqua.* Rachel significat nos, qui idola sedendo deprimimus, culpas avaritiæ penitendo dinamus; quæ utique avaritiæ immunditia, non illis qui viriliter currunt, sed his maxime eveniunt, qui quasi effeminato gressu gradientes, per blandimenta hujus mundi resolvuntur; unde illic ejusdem Rachelis verba sunt, jux-

Laban.

ta consuetudinem feminarum: *Nunc accidit mihi. Invenit autem sedas inter Laban & Jacob, postquam persecutus est illum Laban. Tulitq; Jacob lapidem, & erexit illum in titulum, quæ vocavit Laban, & tumulus testis.* Et Jacob acervum testimonii inter fideles, cui tam Judæos quam gentes, testis est lapis eminentis, i. Christus: acervus lapidum, i. multitudo sanctorum; omnis substantia Jacob quam tulit, populum Christianum significat: servi autem, illos qui Christum timeant: cameli super quos ponitur substantia, sortes in fide sive tortuosi sunt: alii verò, simplices sunt. Sicut autem Jacob omnem familiam suam portavit per ripas fluminis Eufhratis ad tertiam repromissionis: sic & Christus portavit populum Christianum per ripas baptismi ad novum Testamentum, vel ad regnum cælorum, Jacob pergens ad Isaac, significat Christum pergentem ad Patrem in cælum. Quodque dicitur, *Noluit Jacob consistere in loco suo:* significat Christum latentem diabolo, ut perficeret ad quod venisset; quodque sequitur, *Cave ne quicquam asperere loquaris contra Jacob:* significat Deum patrem non permittentem diabolum Christo nocere, & populo Christiano. *Et abiges filias meas:* hoc est, persona diaboli, si potuisset ad Christum loqui. Quod autem Laban & Jacob ambo venerunt per Eufhratem, significat duos populos venientes per baptismum. Laban tamen reversus, & omnes qui erant cum illo, significat illos, qui baptismi dignitatem non complent, & revertuntur ad l. terram, Moos autem, Ecclesia novi Testamenti intelligitur: convivium, caro Christi & sanguis. *Et dixit Jacob fratribus suis, Colligite annis lapides:* congregatisque lapidibus, fecerunt acervum, & vocavit illum Laban acervus testis, & Jacob acervus testimonii. Acervus Hebræica lingua dicitur adne rotæ. Rursum lingua Syriaca acervus Gar, nominatur testimonium, sed utha. Jacob verò Galaath, Laban Gar, Seduth gentis suæ sermone vocavit, Jacob interpretatur supplantator: Israel, princeps cum Deo: & hoc ideo, quia cum Deo prævaluit.

CAPIT XXXII.

In baculo meo transivi Jordanem. ac si dixisset: In medio charitatis sui, cum non habuerim nisi baculum tantum. Per baculum autem, arma quæ utraq; manu tenentur: & si ista sententia Christo referatur, baculus Christi, patris auxilium in passione, & in resurrectione: qui Christus nunc cum duabus turmis, id est, duobus populis egreditur per baptismum: turma autem minor esse dicitur, quam turba. Si autem ad Christum referri possit, quod dicitur, *Erue me de manu Esau:* ex parte carnis intelligendum est. Alter per orationem Jacob in isto loco, oratio Christi pro suo populo ostenditur. Munera autem quæ Jacob ad Esau misit, significant illos quos Christus dimisit in potestatem diaboli.

His transactis, *Misit Jacob nuncios ad Esau fratrem suum, mittit munera: & tradidit omnibus per torrentem, ipse remansit solus, & vir luctabat solus cum illo, prævaluitq; Jacob: nec dimisit, nisi benedictionem extorqueret, sacramq; non enim acciperet.* Vir Christus significat, cui ideo prævaluit Jacob, quia populus Israel, cujus ille tunc figuram gerit in passione, id est, in torrente, prævaluit Domino, & quasi cum infirmo in carne Christo luctamen habuit: & tamen Jacob benedictionem ab Angelo, quem superavit, impetravit: cujus nominis impositio, utique benedictio fuit. Interpretatur autem Israel, vir videns Deum, vel princeps cum Deo, quod erit in fine præmium iustorum omnium. tergic autem angelus latitudinem femoris, & claudum reddidit, sicq; Jacob benedictus erat, & claudus, benedictus in his qui Christum ex illo populo crediderunt. Claudus in infidelibus; nam femoris verbum, latitudo generis est, vel multitudo: multi quippe ex illo populo deviantes, in errores sui feminis claudicaverunt. *Claudicaverunt enim, inquit, à semitis suis:* qui populus non solum claudicat, sed & ultra generare filios non potest. Deniq; quod dixit, *se vidisse Deum facie ad faciem, cum superius viri secum luctari narraverit:* significat, quia idem Deus homo futurus erat, qui

cum

cum Jacob populo luctaretur. Historialiter autem iste vir qui luctabatur cum Jacob, beneficium Dei exprimit: ut sciret Jacob, quod illud non praestaret Deus. Ipse enim magno opere fratrem suum timuit: superare non posset, id est, voluisset. Respondet, *Cur quavis nomen meum, & ipsi impossibile exprimere: quia solito nomine utimur usque ad diem iudicii, ut Hieronymus ait. Phanuel autem facies Dei interpretatur.*

CAPUT XXXIII.

Primo verò & secundo & novissimo in multitudi-
ne Jacob, plebes ecclesiarum significant. Servi autem & ancillae primo mittuntur, conjuges significant. Lia verò & filii illius in secundo loco, penitentes & continentes. Rachel & Joseph in novissimo, sanctos qui Christo prope sunt, significant. Quod autem dona misit fratri suo, significat illos, quos Christus per libertatem arbitrii diabolo dimisit, ut superius diximus. Quod autem dicitur: *Jacob inclinavit per septem: significat corpus Christi servans in persecutionibus populo persequutori, per septem hujus mundi; qui idcirco munera misit prius, ut placaret illum antequam videret, atque idcirco caput illi inclinasset, eo quod primogenitus Esau fuit, vel pro timore illius: sive ut impletur prophetia patris sui, qua dixit: Tempus veniet, quum excutias jugum illius de cervicibus tuis. & reliqua. Qui autem ante cedunt, prope sunt ad Esau, id est, diabolo. Alii autem dicunt, Jacob idcirco in nocte visionem vidisse, quia in die videre non potuisset, quem vidit in nocte: sive ut significaretur, non esse Jacob similem Moysi, qui visionem vidit in die, significat legem novi Testamenti. Jacob autem nocte vidit, significat veterem legem. Sicut autem Jacob potuit videre similitudinem speciei, quam vidit, nec mortem illi non prebuit: ostenditur, quia sic potuisset speciem Esau videre, & mortem illi praebuisse. Jacob autem congruens significat populum Christianum, qui Christo contrarius erat ante baptismum. Percussio autem nervi gladio, concupiscentiam peccati gladio verbi Dei percussit. Claudicatio autem unius pedis ostendit, quod uno utimur spiritali pede, abjecto vitio carnis. Jacob autem in hoc loco cum duodecim filiis illius, Christum cum duodecim Apostolis significat: & una filia illius, unam sanctam Ecclesiam.*

CAPUT XXXIV.

Post hoc Sichem filius Emmor, Dinam filiam Jacob violavit. Egressa est quippe, ut videret mulieres regionis illius: quam cum vidisset Sichem filius Emmor Evi, princeps terre illius, adamavit. Et rapuit, & dormivit cum illa, vii opprimens virginem, & conglutinata est anima illius cum ea, trissemq; blanditrix delinxit. Dina quippe, ut videret mulieres regionis extraneae, egressa est: cum unaquaque mens negligens studia sua, & actiones, aliena curas, extra habitum, ac extra ordinem proprium vagatur: quae Sichem princeps terrae opprimit, videlicet inventam in exterioribus curis, diabolus corrumpit: & glutinata est anima illius ad eam, quia unitam sibi, per nequitiam respicit, & cognita culpa respicit, atque flecte conatur. Corruptor autem ipse ac securitates vacuas ante oculos ponit, quatenus utilitate iustitiae subtrahat. Recte illuc adjungitur, tristisq; blanditrix delinxit: modo enim aliorum facta graviora, modo nihil esse quod perpetratum est, modo misericordem Deum loquitur, modo poenitentiam pollicetur. Adhuc sequens tempus, ut dum per hoc decepta mens, ducitur ab intentione poenitentiae, suspendatur. Quatenus tunc bona nulla suscipiat, quae tunc mala nulla contristant: & tunc plenius obtinuit suppliciiis quae gaudet nunc in deliciis. Ceterum secundum superiorum explanationem, Dina Ecclesiam significat, diabolo copulatam per gentilitatem ante baptismum, sive post baptismum per crimina: quam vindicant pater & fratres ejus, i. Christus & Apostoli, vindicantes Ecclesiam, quae est foras Apostolorum. Dina autem per dolum vindicatur: sic Ecclesia a Christo super diabolum per dolum vindicatur.

Phanuel.

Dina op-
pressit.

Strapam
Dina vin-
dicatur.

Dux autem vindictae a Sichem sumuntur, nempe circumcisio & occisio: sic bina sunt vindictae diabolo, i. in praesenti & in futuro, sic & peccatoribus. Quod autem die tertia sumpta est vindicta de Sichem, significat vindictam tertia lege in diabolum & in peccatores. Aliter Dina significat animam uniuscujusque peccatoris, vel hominis inentis conjugium cum haeretico, quam vindicant Christus & doctores. Alii autem dicunt hanc vindictam, quae facta est a Simeone & Levi, Domino non displicere: quod in hoc ostenditur, quia liberati sunt de manu inimicorum suorum: sive quod legem Dei, & circumcisionem vindicaverunt, eo quod vim fecit circumcisus super illam quae de circumcissione fuerat. Aliter hoc Domino displicuit, dum Sichem & pater illius ab Jacob circumcisionem acceperunt, sed tamen Simeon & Levi pro merito patris illorum sanati sunt.

CAPUT XXXV.

Dola autem quae Jacob sepelivit sub ligno, significant vitia & peccata, quae absconduntur sub ligno crucis. *Immares, inobedientiam: mutatio indumenti virorum propter vindictam in Sichem, significat opera mala mutanda esse ad meliora: ut alibi dicitur, Expoliate vos veterem hominem cum actibus suis. Dehinc loquitur Deus ad Jacob, ut habitaret in Bethel: ibi quum pareret Rachel Benjamin, mortua est. Sed quid sibi vult enim, eundem Benjamin, Rachel pareret, vocavit nomen illius, Dolores mei: nisi futurum prophetans ex illa tribu Paulum, qui affligeret ecclesiam in tempore persecutionis. Aliter per Benjamin, terrestris Hierusalem figuratur, quae in tribu Benjamin, cujus populus gravi dolore matrem afficit, effundendo sanguinem omnium Prophetarum, in super etiam in necesse Christi acclamans impiis vocibus: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Alii dicunt, per hoc iter Jacob ad Bethel, iter Christi ad ecclesiam novi Testamenti significari, qui non immolavit victimam usque dum venit in Bethleem. Quod autem dicitur transcurrere greges, per anticipationem dicitur putari: eo quod grex Jacob in eo habitavit, sive grex angelorum, qui nativitati Domini ministrabant. Et venit Salem civitatem Sichemorum in terra Chanaan. Quomodo nunc hic Salem Sichem civitas nuncupatur, cum Hierusalem, in qua regnavit Melchisedech, Salem sit ante dicta? Aut igitur nomen urbis & loci nomen in alia atque alia tribu: aut certe istam Salem, quae nunc nominatur Sichem, dicimus hic interpretari consummatam atque perfectam: & illam quae praeterea Hierusalem dicta est, pacificam, nostrisq; sermone transferre; utrunque enim accentu paululum declinato hoc vocabulum sonat. Tradunt enim Hebraei, quod claudicantis femur Jacob ibi convaluerit & sanatum sit: & propterea eandem civitatem curati atque perfecti vocabulum sortitam esse. Et dixit illi Deus: Iam non vocabitur nomen tuum Jacob, sed Israel erit nomen tuum: & vocavit nomen illius Israel. Dudum nequaquam illi nomen impositum, sed quod imponendum erat praedicatur. Quod igitur ibi sit futurum promittitur, hic, docetur exemplo, & Jacob filius Zorae, pro eo de Bosra, hunc quidam suspicatur Jacob esse, in fine additum esse volumini: contra Hebraei asserunt de Nachoris illum stirpe generatum. Interea Ruben patris sui concubinam violavit. Per Ruben populus primogenitus Israel ex circumcissione significatur: qui patris concubinam polluit, i. legem Dei veteris Testamenti sapere praevaticando maculavit. Quod autem vetus lex concubina vocatur, Paulus docet, dicens: Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera: haec autem sunt duo Testamenta. Ruben interpretatur visionis filius, vel videns filius, vel videns in medio, dixit enim mater illius: Vidit Deus humilitatem meam. Simeon, additio, dicente matre: Exaudivit me Dominus. Levi, Apostolus: Applicabitur enim (inquit) vir meus, sive meus erit: sive quoniam melius, prolequetur me vir meus. Iuda, interpretatur confessio: dicente matre: Modò confitebor Domino. Dan, iudicium, dicente matre Rachel: Iudicavit me Deus. Neptalim, conversantes, vel dilatavit me, vel certe implicuit me, ait enim mater: Comparavit me Deus forori meae. Gad inter-*

Jacob idola sepelivit.

Benjamin.

Salem hic Sichem vocatur.

Sichem.

Hierusalem.

Ruben.

Simeon.

Levi.

Iuda.

Dan.

Neptalim.

Gad.

pretatur

Isachar.

Zabulon.
Dina.
Ioseph.
Benjamin.

pretatur tentatio, vel latronculus, vel fortuna, dicente matre: *In fortuna acerbatam pronuntiantem vita ego sum.* Isachar, est merces: & hoc ideo, quia mandragoris suis Ruben introitum, qui Rachel debebatur, sibi iure emerat; vel certe quia dixit: *Dedit mihi Deus mercedem, quia dedi ancillam meam viro meo.* Zabulon, habitaculum: *Habitavit enim (inquit) vir meus.* Dina, interpretatur causas iurgii enim in Sichimis causa extitit. Ioseph, augmentum: ab eo quod sibi addi mater optavit alium. Benjamin, filius dextræ, mutante patre nomen, quod mater Benonin, id est, filius doloris, pro difficillimo partu vocavit.

CAPUT XXXVII.

IOSEPH UNUS EX DUODECIM FILIIS JACOB, quem pater præ cæteris filiis amavit, Christum Dominum significat, quem pater secundum carnem natum cæteris fratribus ex femine Abraham progenitis prætulit. Unde & ibi dicitur: *Amavit enim eum Iacob, eo quod in senectute genuisset illum.* Senescente enim mundo, filius Dei advenit. Unica autem polymita, quam fecit illi pater, varietatem populorum ex omnibus gentibus in corpus Christi congregatam significat. Somnium verò illud per quod fratrum manipuli adoraverunt manipulum illius, illud est quod in Christo impletur: *Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes servient illi.* Ipse est quem sol & luna & itelæ adorant. Ipsum enim excellentia sancto um in solis nomine, Ecclesiæ claritas sub imagine lunæ, & omnium populorum numerositas in figura itelæ adorant. Unde & pater suus increpavit illum, dicens: *Nunquid ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te?* Obiurgatio illa patris duritiam populorum Iis. & si gnificat, qui pro eo quod ex se natum esse cognoscunt, adorare contemnunt. *Iacob misit Ioseph filium suum, ut de fratribus sollicitudinem gereret.* Et Deus pater misit filium suum unigenitum, ut genus humanum peccatis languidum visitaret. *Misit enim inquit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, ut videret fratres suos erga fratres & oves.* Et Dominus in Evangelio ait: *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt, domus Israel.* Invenit ergo Ioseph fratres suos in Dothaim.

Dothaim.

Verè enim erant in defectione, qui de patricidio cogitaverunt. *Qui cum viderent eum procul, occidere illum cogitaverunt.* Et Judæi videntes verum Ioseph Dominum Jesum, ut illum interficerent, consilium statuerunt, dicens: *Crucifige illum.* *Fecit a pessima devoravit eum.* Judaica bestia interfecit illum, de qua Dominus in Evangelio ait: *Ecce ego mitto vos in medio luporum.* *Nudaverunt Ioseph fratres sui tunicam polymitam & calari.* Et Judæi Christum per mortem crucis expoliaverunt tunicam corporalem. Polymitam autem, i. decoratam omnium virtutum diversitate, resperferunt autem tunicam hædi sanguine, quia talis illum testimonis accusantes, per invidiam reum mortis dixerunt illum, donantem omnia peccata. Alii autem interrogant quid sit, de quo dicitur: *crimine pessimo.* Accusavit fratres suos de crimine pessimo: & ita sentiunt, quod hoc de adoratione idolotum sine crimine Sodomorum & Gomorhorum dictum sit. Alii etiam de tunica Ioseph dicunt, quod immortalitatem Christi significare possit. Sol etiam & luna cum lumen suum absconderunt juxta crucem Christi, convertentes se in tenebras, illum adoraverunt. Quomodo autem historialiter adimpleta sunt, manifestum est: sed aliqua de his semiplena inter Christum & Ioseph referri possunt. Ioseph quidem adoravit pater illius, & non mater: Christum verò mater sua adoravit, & non pater cælestis. Vir autem qui Ioseph invenit in agro errantem, sermonem propheticum significat, qui Christum quasi errantem invenit. Errans enim vocatur, qui errantes querit. Is autem vir, i. sermo propheticus, Christi passionem ministravit. Quod autem dicit: *Recesserunt de loco suo,* significat Judæos recessisse de loco, de laboibus legis, idola adorantes. Ruben autem qui nitebatur liberare puerum de manibus fratrum suorum, significat eos qui crucem Christi noluerunt: & in figura Pilati dicitur, quia cooperati sunt erga crucem Christi. Et Pilatus qui est in solitudine, id est, bonis operibus,

ut dicitur: *Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* Quodque dicitur: *Manus quoque vestras servate innoxias,* significat, quod non Judæi, sed gentes suas manus servaverunt impollutas. Micitur dehinc in cisternam, id est, in lacum, & Christus expoliatus carne humana, descendit in infernum. De cisterna quoque elevatus, Ismaelitis, id est, Gentibus venditur. Et Christus, posteaquam egreditur de inferno, ab omnibus Gentibus fidei commercio comparatur. Ille per Judæa consilium triginta argenteis venditur. Hic per consilium Judæa Iscarioth triginta argenteis venditur. Denique Jacob posteritatis suæ deplorans dispensanda, quia pater lugebat filium suum amissum: quasi propheta flevit interitum Judæorum. Denique scidit vestimentum suum, quod in passione Domini legitimus factum à principe sacerdotum. Sed & velum templi scissum est, ut prophetia & nudatum populum suum, & divisum ostenderet regnum illius. *Legitur Ioseph descendit in Ægyptum:* & Christus in hunc mundum, emittit illum eunuchus, Cælius scilicet in disciplina Evangelicis populus.

CAPUT XXXIX.

ERAT autem pulchra facie. Erat speciosus forma præ filiis hominum. Et mulier iniecit in illum oculos, ut adulterium committeret. Illa mulier figura erat synagoga, quæ sæpè, sicut scriptum est, *mechata est post deos alienos.* Similiter volebat Christum in adulterio sui scelere retinere, ut negaret se esse Deum, & Phariseorum magis & doctrinas Scribarum, quam mandata legis servare, quæ illi velut marius erat. Christus autem non acquiescens illicitæ doctrinæ adulterii synagoga, in adulteræ manu veste corporis apprehensus carne exiit se, & liber morte destructa abiit in cælum. Calumniata est ergo meretrix, ubi illum tenere non poterat. Denique nec Ioseph carcer tenuit, nec Dominus Jesum infernus tenuit: & cum jam ibi veluti puniendus descenderat, inde alios liberans abiit.

Denique invenit duos eunuchos de domo Regis. Ditorum populorum, hoc est, credentium vel incredulorum figuram significantes, qui conclusi sub peccato, Adæ transgressionem obnoxii tenebantur: qui ideo eunuchi dicuntur, quia castam acceperunt regulam disciplinæ. Terna igitur luce, Domino ab inferno resurgente, & legis obscura, ut Ioseph somnia revelante, solutus est à peccatis populus credentium, & de inferni carcere liberatus, redditur ministerio divinæ legis. Incredulus autem populus Judæorum, quia in confessionis ligno non credit, transgressionis suspenditur ligno.

CAPUT XL.

PRÆTEREA narrat Pharaos somnium, interpretatur Ioseph. Sed quid significat septem anni, qui in septem spicis plenis, sive in septem vaccis pinguibus ostendebantur: nisi septem charismatum spiritualium dona, quibus ubertas fidei larga pietate redundat? Contra septem steriles & tenues, famem verbi Dei novissimis temporibus ostendebant. Congregavit autem Ioseph septem annis omnium frugum abundantiam, i. frumenta fidei, sanctorum horreus condens. Per illa scilicet septem charismata, quasi per septem annos, ut cum septem anni ceperint, id est, cum iniquitas illa occurreret septem criminum capitalium sub Antichristo, cum fames fidei fuerit, & salutis, tunc iusti pariter & fideles habebunt copiosam iustitiæ frugem, ne fides illorum inopia attenuata deficiat. Ab aliis dicitur, per aromata quæ in camelis portantur, duas leges significari: per resnam, legem librorum legis: & per itactem legem prophetarum. Quod autem Ioseph non est liberatus per consilium Judæ, significat Christum non liberatum ex parte carnis per seram penitentiam Judæa Iscarioth. Alibi autem dicitur: *Vendiderunt illum Ismaelitis triginta argenteis*; & argentei triginta ubi scribuntur, ab aliis dicuntur significare fidem Trinitatis, quia Christus emittitur ab Ecclesia gentium, quia autem Ruben

ad ci.

ad cisternam venies, non invenit puerum, significat quod in Evangelio scribitur: *Non est hic, sed surrexit.* Quodq; Jacob dicitur nolle consolationem accipere, significat populum Christianum compariantem Christo, & hic consolationem nolentem, sed in futuro. Quodq; dicit: *Descendam ad filium meum, lugens in infernum; historice sepulchrum significat: vel quod sua prophetia præcivit, animas hominum ante adventum Domini in infernum exire. Madianita vero, usq; Putiphar eunuchus Pharaonis.* Hic ab aliquibus inquiritur, quomodo hic eunuchus fuit? Tribus enim modis eunuchi dicuntur, id est, qui ab hominibus facti sunt eunuchi, & qui se castraverunt propter regnum Christi Dei, & qui de utero matris suæ eunuchi facti sunt. Putiphar autem nullis ex tribus modis eunuchus factus est, sed dicitur ex cogitatione scribarum & doctorum, quod Putiphar sacerdos fuit Helcopolis idolis, & vir amabilis, & decorus facie, & deinde ut dicitur: Amor illius sensus Pharaonis irritavit, ut Sodomitæ invicem fuerunt: & inde traxit illum Pharao ab idolo suo, & fecit illum eunuchum suæ mulieris: postquam siccati fuerunt renes per multos annos, cum commississet illi Pharao mulierem pro amore cupiditatis ab hac causa eunuchus dicitur.

C A P I T U L U M XXXVIII.

Eunuchi
tribus
modis
dicuntur.

Her.

Onam.

Zella.

Thamas.

Odolamites.

Hyras.

DIXIT autem Iudas ad Onam filium suum: *Ingrede ad uxorem fratris tui.* In hac dictione lex per legem invenitur a nio, id est, pastor, Odolamita civitas. Thamas vero est terrestris, id est, palium. Sedit in bivio, id est, ut puraretur meretrix esse: live, ne illam Iudas præteriret. *Cognovit autem Iudas, & ait: Insuper me Thamar, quia non tradidi eam sella filio meo.* In Hebræo sic: *justificata est ex me Thamar.* non quod justa fuerit, sed comparatione illi ut minus mala fecerunt, nequam turpitudinem: sed liberius requirendo. Phares diviso interpretatur, ab eo quod dividerit membra in vulva. Secundarium Zara interpretatur oriens, live quod primus apparuit, live quod plurimi ex illo justinati sunt. In libro Paralip. scriptum est: *In Thamar nuru Iudæ, intelligitur plebs Judæa, cui de tribu Juda reges tanquam mariti debebantur; & merito nomen illius amaritudo interpretatur: ipsa enim fellis poculum dedit.* Duo autem genera erant in plebe, qui non rectè operabantur: unum verò, qui nocebant; alterum, qui nihil proderant: qui significatur in duos filios Judæ, quorum unus malignus erat, alter in terram fundebat semen, ne semen daret ad fecundandum semen Thamar. Nec sunt amplius quàm duo genera hominũ, in utilia generi humano: unum nocentiam, alterum prodesse nolentiam. Et quia pejor est ille qui nocet, quàm ille qui nihil prodest, ideo major dicitur ille malignus. Her autem interpretatur pelliceus, quibus tunicis induti sunt primi homines, qui in poenam damnati sunt. Onam autem interpretatur moeror illorum, quorum verò quibus nihil prodest, cum habeant unde prodesse possint. Majus autem malum est ablatæ vitæ, quod significat bellis: quàm non ad vitæ, significat moeror illorum. Deus tamen occidisse ambos dicitur est, ubi figuratur regnum talibus hominibus abstulisse. Tertius verò filius Judæ, qui illius mulieri non jungitur, significat tempus ex quo reges plebi Judæorum de tribu Juda cœperunt non fieri. Et ideo erat quidem filius Judæ, sed illum etiam Thamar non accepit, quæ erat eadem tribus Judæ, sed nullus inderegnavit. Vnde Zella interpretatur diviso ejus: non pertinent sanè ad hanc significationem sancti viri, qui prophetando scienter utiles erant. Judas autem significat Christum venientem ad oves quæ perierunt domus Israel: *Venit cum suo pastore Odolamites, cui nomen erat Hyras, ad oves suas redendas in Thamma.* Thama interpretatur deficiens; jam enim defecerat princeps de Judæa, & omnis unctio. Venit cum pastore Hyras. Odolamites interpretatur testimonium in aqua: cum hoc planè testimonio Dominus venit, habens testimonium majus Joanne. Hyras interpretatur, fratris mei vilio. Vidit omnino fratrem suum Joannes, fratrem secundum semen Abraham vidit omnino. Et ideo inter natos mulierum non

surrexit major Joanne Baptista. Vidit, quando dicebat: *Ece agnus Dei.* Vidit quod multi illi cupierunt videre, & non viderunt. Et ideo tanquam Odolamita verè testimonium perhibuit in aqua. Venit autè Dominus ad tendendas oves suas, hoc est, exonerandas sarcinas omnium peccatorum. Deinde Thamar habitum mutat, & nomen. Nam & commutans potest interpretari, & sic de synagoga Ecclesiæ: sed in illa protus amara: tudinis in aqua Domino fel ministraverant, sed illius in qua Petrus amara flevit. habitus meretricis, confessio est peccatorum. Typum quippè Ecclesiæ genit Thamar, sedens cum habitu in bivio, in dilectione proximi, in proficiendo, velut ambulando ad perfectionem tendit. Vnde David dicit: *Vias tuas Domine notas summihi. Et accepit occultè annulum, & armillam,* velut in septuaginta habetur. Monile & virgam vocatione signatur, justificatione decoratur, glorificatione exaltatur. *Quos autem prædestinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & justificavit: & quos justificavit, illos & glorificavit:* sed hæc occultè, ubi licet conceptio sanctæ ubertatis. Mititur autem hœdus tanquam meretrici. Hœdus exprobratio peccati per eundem Odolamitem, tanquam increpantem, & dicentem: *Generatio viperarum,* & reliqua. Sed non eam invenit exprobratio peccati, quam mutavit confessionis amaritudo. Potest verò publicis signis annuli & armillæ, velut in Septuaginta, monilis & virgæ, vicit temerè judicantes Judæos, quorum tunc personas Judas ipse gestavit quoq;. Dicit non hunc populum esse Christi, sed prolatis certissimis documentis nostræ vocationis, justificationis, glorificationis erubescunt, & nos quasi justificatos magis esse fatentur. Accusatur enim Ecclesiæ à Judæis tanquam legis adulteratrix, sed offendit virgam signum passionis: monile, legis legitima: & armillam, pignus immortalitatis. Quod autem pariente Thamar, & duos geminos in utero habente, primus qui dicitur Zara, misit manum, & obtetrix ligavit coccino, & illo manum retrahente intrinsecus, posterior qui Phares vocabatur, nascendo processit: figuratè congruit, quod Israel ostenderet manum in legis opera, scilicet Prophetarum & ipsius Salvatoris pollutam cruente contraxerit. Postea verò prorupit populus gentium, ut essent primi novissimi, & novissimi primi. Quod autem de Jacob dicitur, quod venit ad Isaac patrem suum in Mambre civitatem Arbæ, quæ & Hebron: sciendũ est, quod eadem civitas est Mambre, & ab amico Abraham antiquius appellata. *Et peperit Esau Eliphaz.* Ille est Eliphaz cypus & Scriptura, & in volumine Job meminit. Esau autè & Edom, & Seir, unius hominis nomen est. Esau in Hebræo rubeum interpretatur, a calore corporis, sed pilosus totus, pilosus fuit licet pellis Edom rubrum, vel fulvum, de coctione rubra, quæ accepit pro primogenitis. Quodq; dicitur, *Horrai habitatores terræ:* propterea quando enumeravit filios Esau repetem exponit, qui ante Esau intra Edom princeps fuerit ex genere Horæorum, qui lingua nostra interpretantur liberi. In Deuteronomio manifestè scribitur, quomodo filii Esau interfecerunt Horraos, ac terram illorum possederunt, & fuerunt filii Ionath Horra, & fuerunt & Onies & foror Lodan, & Tenna. Hæc fuit concubina eliphaz primogeniti Esau. Idcirco autem horæorum recordatur, quia primo genitus Esau ex filiabus illorum accepit concubinam. Alii autem dicunt per pastorem & Edom supradictum, omnem doctorem significari, annunciantem incarnationem Domini adventis ad ecclesiam, & tres menses, quod non inventa est ecclesia in parte bona, & doctoribus nisi per tres leges. Obtetrix ab his dicitur doctrina Spiritus sancti, live disciplina, quæ coccineum, id est, gratiam spiritualem ligavit, populum gentium, qui ostensus est prior per bonum naturæ, sed de hoc quomodo prius explanatum est. *Ventus putamus materia ventris mei:* id est, assumptionem legis populis gentium. *Et erat Dominus cum eo:* id est, Deus pater cum Christo in adjutorium suum. Quod autem Ioseph dicitur habitare in domo Domini sui, Christum significat habitare in synagoga Dei patris, & ministrare suam doctrinam populo Iudaico, per quem benedixit pater ecclesiam mudo, & multiplicavit tam in hœdis quàm

Esau
m
a
t
r
i
c
i
s

Horra.

in agnis, id est, in animabus & corporibus. Nec quicquam noverat, nisi panem. In hoc præfiguratur, quod de Christo dicitur: *Filius hominis non habet ubi caput reclinet.* Illa apprehendens lacinia, i. oram vestimenti illius. Per pallium autem literam legis significari dicitur, quæ relicta est synagoga, quæ est uxor diaboli relicta à Deo. Alii per huius mulieris viros Iudaicus populus designatur. Hi autem qui somnium viderunt, non pro suis meritis, sed ut magnificaretur Ioseph.

Sublatus sum de terra Hebraeorum. Hæc per anticipacionem dicuntur; & hic nocens in lacum, id est, Christus infernum pro peccato Adæ, cum ipse peccatum non fecit. Tres propagine, id est, tres rami gemmas, id est, bolca. Pharaon autem & Herodes vel maxime leguntur adornasse diem natiuitatis suæ, eo quod putauerunt, quod hora natiuitatis eorum se ordinasset in regnum, similem rem facientes adoracionis, ut dicitur: Quorum erat par impietas, & una solennitas. Inde Ioseph, qui typum Christi gerebat, cursum meruit.

CAPUT XLII.

Et præco ante eum præcedit. & præconavit ante illum, & constituit illum super uniuersam terram Ægypti. Et Dominus noster constitutus à iuda, ut Ioseph a fratribus, & de infernorum carcere luxerit, ascenditque cursum celestis regni, de quo dicitur: *Cursum Dei decem milibus multiplex;* & accepit potestatem a patre prædicandi & iudicandi. Apostolus ait. *Et dicitur illi nomen, quod est super omne nomen.* Accepit quoque, & annulum, pontificatum scilicet Filii Dei, quo credentium salutis signo signantur anima, & in frontibus & cordibus nostris per figuram crucis figura æterni regis exprimitur. Induiturque stola byssina, i. carne sancta, uiliu splendorum, & stola immortalitatis. Accepit quoque torquem aureum, i. intellectum bonum. Præco ante illum præcedit, id est, Ioannes Baptista, qui iter illius præcedens, præconat dicens: *Parate viam Domini.* Habet alium præconem, vocem Archangeli ex tuba Dei. Vocaturque Ioseph lingua Ægyptiaca, saluator mundi; manifestum est de Christo, quando sub figura Ioseph, saluator ostenditur non tantum unius terræ Ægypti, sed & totius mundi. Triginta annorum fuit Ioseph, quando in conspectu regis Pharaonis stetit; eodem annorum fuisse Christum legitur, quando in conspectu huius mundi sub typo Pharaonis aperuit revelata. Accepit ergo ex gentibus uxorem, i. Ecclesiam. Ex qua genuit duos filios, id est, duos populos, ex Iudeis & ex gentibus congregatos. Igitur post uberatis annos fames prævaluit in universo mundo, merito quia non erat qui faceret bonitatem. Post hæc Ioseph à penuria frumenti saluat Ægyptum: & Christus à fame verbi Dei liberat mundum. Aperuit enim horrea sua: Christus in omni orbe terrarum & erogatione frumenti sui omni sub iugavit. Nisi enim vendidissent Ioseph fratres, deficeret Ægyptus: nisi crucifixissent Iudei Christum, totus mundus periret. Ioseph autem interpretatur augmentatio, sive amplificatio: sed in illo Ioseph amplificationem non habuit, nisi sola Ægyptus. In nostro vero Ioseph augmentum habere mundus omnis meruit. Ille erogavit triticum, noster, Dei verbum. In omnem enim terram exiit sonus eorum.

CAPUT XLIII.

Dixit Iacob filiis suis: Est frumentum in Ægypto. Dicit & Deus pater: *Ex Ægypto vocavi filium meum.* Descenderunt igitur decem perfectiores, id est, de catalogo legis, id est, constituti in numero. Quos ipse cognoscens, non est agnitus ab illis. Cognoscuntur & Hebræi à Christo, ipsi non agnoscunt illum. Dederunt illi pecuniam: sed Ioseph, i. Christus triticum dedit, & argentum reddidit: quia non pecunia emitur Christus, sed gratia. *Vidit Ioseph Benjamin parvulum fratrem.* Mylicè quoque Dominus vidit Paulum, quando lux circumfulsit illum parvulum. Dicitur quando. Nondum, quando lapidantem Stephanum vesti-

menta servavit, perfectus erat. Flevit Ioseph: & cæcias Pauli, fletus est Christi. Lavit faciem Christus, cum baptizatus est Paulus, per quem Dominus Iesus à pluribus videretur.

Dehinc scyphus argenteus soli sacco junioris inseritur, qui inventus est in sacco beniamin. Scyphus Ioseph, in corpore Pauli doctrinæ celestis præfulgebat eloquium, dum eliet eruditus in lege: quia subiectus non erat. Intra sacco erat scyphus, doctrina intra legem: lucerna intra modium missus. Tamen Ananias manum posuit, martirium solvit: ma supio soluto, argentum resplenduit. Et dehiscentibus squamis, velut sacco quibusdam vinculis soluto, id est, deposito legis velamine, adeptus est gratiam libertatis, & revelata facie sermonis Evangelii prædicat. Dati sunt illi triginta argentei cum quinq; stolis optimis. Triginta argenteos accepit à Christo, quicumque prædicat in Trinitate vel crocem Christi. Ideoq; Paulus ait: *Nec enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.* Quinq; enim stolas sapientium accepit, omnium quinq; sensuum multiplices disciplinas: præcellit igitur Paulus, illius exuberat portio meritorum: sed tamen habent fratres, id est, alii prædicatores gratiam suam. Binas stolas, id est, ut constentur Christum Deum esse & hominem. Iuxta quod in Proverbiis legitur: *Omnes domestici illius vestiti sunt duplicibus,* id est, mylicæ vel morali intelligentia. Mittuntur & patri munera. Filius honorat patrem. Christus populum suum promissis invitavit muneribus. Portant hæc munera a fini, illi gentiles & inutiles & laboriosi. Nunc utiles hi portant in typum Christi munera, portant in Evangelium munus largitorem. Nunc quæ prætermilla sunt, breviter sumamus. Quod Ioseph dicit: *Munita terra huius venis considerate,* terrere desiderat fratres pro vindicta sua vnuadacionis, & in Christi figuram hoc facit. Sicut enim vindicavit Ioseph, & non vindicavit: sic & Christus vindicavit, quod non vindicavit. *Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum.* Ex persona Iudeorum potest accipi: ac si dicerent, in vindicta crucis merito patimur hæc plagas. & ex persona perfectorum in eadem vindicta, quod dixit Ruben: *Nanquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum.*

CAPUT XLIII. XLIV.

Dixit Iudas patri suo: Mitte puerum nobiscum. Historialiter significat, quod ab illo principatum post accepisset. Per munera autem quæ à Iacob ad Ioseph mittuntur, intelliguntur munera Spei & Fidei & Charitatis: sive cogitationis, & verbi, & operis. frumenta significant præmia sempiterna. Pecunia duplicem historiam & sensum, sive corpus & animam. *Ponite panes,* & reliqua. Hæc trium possessionum, quæ esse hic debentur, differentiam meritorum ostendunt in futuro, ut dicitur: *Reddet Deus unicuique secundum opus suum.* Benjamin vero, ut superius explanatum est, Paulum significat: sed alii inquirunt, in quo ostendatur major dilectio Pauli cum Christo dilectione aliorum Apostolorum: quod ita solvunt, quia Paulus raptus est usque ad tertium cælum; & quod audivit verba inaudita, & quod à Deo doceri post resurrectionem meruit, quod alii non meruerunt, in aliis quæ sequuntur, manifestus est sensus; & in eo quod dicitur: *Biberunt, & inebriati sunt:* inebriatio Ecclesiarum, doctrinæ Spiritus sancti intelligitur. Impletio autem sacrorum frumento, impletionem corporum sanctorum præmiis sempiternis in futuro significat.

CAPUT XLV.

Qui fecit me quasi patrem Pharaonis. Pharaon in hoc loco figuram populi Christiani dicitur tenere, cui pater est Ioseph, id est, Christus. Quodq; dicit: *Ne dimittas quicquam de suppellectilibus vestris,* significat quod non oportet nos relinquere bonum quod incipimus, quando venimus ad Christum. *Dimisit Ioseph fratres suos, qui nuntiaverunt*

patri.

iri, dicentes: Ioseph filius tuus vivit, & ipse est Dominus in universa Aegypto. Ex parvi autem Iacob. Plebs incredula, sed post cognovit Christi gesta, revivificavit spiritus illius, & qui videatur mortuus, vocatur fide resurrectionis Christi; vivificatur ergo à filiis suis, id est, à Petro, & Paulo, & Joanne. Populus Iudeorum invitatur ad gratiam, occurrit illi Iudas, quod interpretatur confessio: quia praeceperat jam confessio, quos ante perfidia possidebat. Quod autem ad Iacob dicitur, Ioseph ponet manum super oculos tuos; potest significare, quod de tribu Ioseph fuit Ieroboam, qui fecit duos vitulos aureos, ut reduceret populum adorare eos: & per hoc, velut impostis manibus suis excæcavit & clausit oculos Israel, ne viderent impietatem suam: vel certe specie pietatis. Hac sub specie futuri à Domino dicta sunt. Possumus etiam dicere, quia velut Ioseph Dominus noster, sicut corporalem manum suam posuit super oculos cæci, & visum recepit: ita etiam spirituale manum posuit super oculos legis, qui per intelligentiam Scribarum & Phariseorum excæcati sunt, & reddidit illi visum, ut his quibus aperuit sensus spirituales, in lege, visus & intellectus appareat.

CAPUT XLVI.

PROFECTUS ergo Israel venit ad puteum, & vidit per visionem nocte, & reliqua. De hoc alii ita sentiunt, quod nemo vidit Deum, nisi ad baptismum pervenerit, & ad perfecta opera: sicut Iacob ad aquam pervenerit iuramenti, & post venerationem adorationem Deo audivit illum per visionem.

CAPUT XLVII.

PHARAO autem invitat Israel & filios illius.) significat partem fortiorem populi Christiani infirmos ad doctrinam spiritualem in Ecclesia invitantem. Postea vero Ioseph occurrit, qui semen jam grate susceperat in ultimis temporibus populorum Iudeorum, non secundum electionem gratiae suae. Imponit manum super oculos illius, & cecitatem auferit. Cuius ideo distulit cecitatem, ut postremo crederent, qui ante putabant non esse credendum. Unde Apostolus ait: Quia cecus ex parte Israel factus est, donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israel salvus fiet. Tradit post hac Ioseph parentibus & fratribus suis terram optimam Gessen praebens illis cibaria, quia fames possederat terram. Sic & Dominus elegit terram optimam parentibus, id est, Patriarchis & Prophetis, ex quibus natus est Christus secundum carnem: sive omnibus sanctis & de quibus in Evangelio ait: Hi sunt fratres mei, qui faciunt voluntatem meam. His igitur dat terram promissionis, regnum Dei. De hac Propheta ait: Crede videre bona Domini in terra viventium. Alii vero dicunt, per terram Gessen, quod interpretatur proximitas, Ecclesiam designari, quae proxima est regno caelorum, sive mundo. Quodq; Iacob tulit filii Israel, significat populum Christianum tecum ad fidem portare, sive ad partem firmiorem Ecclesiae infirmos, ut superius de Pharaone diximus. Parvuli autem & mulieres, significant differentiam personarum in fide, & virtutes sensus animae. Plaustra, exempla iustorum, sive mandata Scripturae, in quibus successores populi tolluntur ad unitatem Ecclesiae, ut fiat unus populus. Denique in Septuaginta translatione scriptum est: Et obtinuit illos fames. Aegyptii fame opprimuntur: Iacob autem & filios illius non detinuit fames. Licet enim scribitur, quod prevaluit fames; non tamen scribitur, quod obtinuit filios Israel. Denique superius scriptum: Descendit Abraham in Aegyptum, quia prevaluit fames in terra Iudaea. Quanta cautela scriptum est de sanctis, quod fames in terra prevaluit, refertur, cum de impiis dicit, ipsos fame obtentos: neque Abraham, neque Isaac, neque Iacob, nec filios eorum detinuit fames. Quod ergo iustus exercitium est virtutis, hoc iniustus poena est peccati. Qui enim secundum terram sapiunt, patiuntur famem verbi Dei: quia pravalet fames in terra, iusti

autem, sicut scriptum est, in diebus famis satur abundantur. Invenies autem, qui de semine Abraham nascuntur, descendisse in Aegyptum: & rursus, filios Israel ascendisse de Aegypto. Denique & de ipso Abraham dicitur: Ascendit Abraham de Aegypto, ipse & uxor illius, & omnia quae illius erant. Et ad Isaac dicitur: Ne descendas in Aegyptum. Sed & Ismahelita, qui portabant thymiamata, & resinam & guttam, qui & ipsi de semine Abraham veniebant, descendisse dicuntur in Aegyptum: & post pauca: Descenderunt inquit, fratres in Aegyptum. Et post pauca: Ascenderunt de Aegypto, & venerunt ad patrem suum in terra Chanaan, & dicitur: Ioseph filius tuus vivit, & ipse Dominus in omni terra Aegypti. Haec ad praesens de ascensione & descensione poterunt studiosis quibusq; occasionem praebere. Quod autem dicitur, Ioseph filius tuus vivit, & reliqua: non otiose dictum est: isti enim potuissent vinci à libidine, hoc de eo fortasse nunciatum non fuisset patri illius; hoc enim sine dubio si fecisset, non vivebat. Anima enim quae peccaverit, ipsa morietur. Quodque dicitur, ipse est Dominus in omni terra Aegypti: hoc verè magnum est illi, quod in ditionem suam redigit Aegyptum. Calcare libidinem, fugere luxuriam, omnesq; voluptates carnis premere ac refrenare, hoc est principatum gerere totius Aegypti. Si quis verò est, qui aliqua quidem vitia carnis subigit, aliis verò cedit, de isto non integrè dicitur, quia principatum totius terrae Aegypti, sed unius fortasse vel duarum vel trium civitatum principatum videbitur gerere. Quod autem non in praesentia Ioseph pater & fratres: significat quòd in praesentia nos Christum per speculum videmus, & in aenigmate. Quodque dicit: Mali & parvi sunt dies, sic intelligendum, quasi diceret: Vtinam fuissent dies mei longo tempore in praesenti. Aliter sententiam populi Christiani post habitationem huius mundi significat. Parvi enim videntur pro praemiis quae accipiuntur in futuro: & mali in comparatione sunt dierum futurorum. Post haec dicitur, quod Ioseph omnem terram Aegypti, vendentibus singulis possessiones suas, subiecit Pharaoni: nam nullus est liber in Aegypto; Pharaon enim omnes sibi subiecit. Et fortasse ideo dicitur: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo servitutis. Iam de Hebraeis dicitur, quòd violenter in servitutem redacti sunt, Aegyptium verò populum facillè in servitutem redigit Pharaon. Per Ioseph omnis terra Aegypti Pharaoni traditur, de quo facillè exulatur Ioseph: vendiderunt enim semet ipsos. Hoc Paulus fecit, cum illum qui indignus erat sanctorum consortio, traderet sathanæ. Nemo ita; Paulum dixerit durè egisse, qui hominem de Ecclesia eiecit, ut expulsum disceret non blasphemare. Vendiderunt Aegyptii terram suam Pharaoni. Spiritually autem hoc significat, quia Christus universam mundum sua doctrina, & suo corpore emerat. Quodq; dicit: Serite agros, corpora significat: per fruges verò, sensus qui quotidie Christo redduntur: per reliquias quae dimittuntur, vita actualis ostenditur, quae nobis dimittitur à Christo, si rectè utamur quinque sensibus. Quod autem dicitur, Salus nostra in manu tua est: significat salutem nostram in Christi esse potestate constitutam. Terra autem sacerdotum, quae libera fuit, significat Ecclesiam liberam esse à censu mundi. Aliquorum sacerdotum duplicem honorem significat, censum huius, & in futuro praemia. Sub femore. Tribus causis Iacob dicitur sub femore postulate: ut si transgrediretur Ioseph iuramentum sub femore, id est, sub membro feminandi, semen illius non fuisset. Sive ut juraret sub membro, à quo fuit signum à Domino: id est, signum circumcisionis: sive ut juraret sub membro, ut alibi explanavimus, ex quo esset Christi generatio: & deinde lex est, ut compleret filii & nepotes iuramentum patris sui post se, Et facias mihi misericordiam: id est, ut non sepelias me in Aegypto. Et veritatem: id est, completionem iuramenti. Conversus ad caput leuitus: in hoc significatur, quòd de petitione securus sit.

Tota Aegyptus in servitutem redigitur.

Genus iuramentum per femora.

Iacob datur terra Gesse.

Gesse.



C A P I T U L U M XLVIII.

Benedictio filiorum Ioseph.

DEINDE Ioseph festinans accipere benedictionem patris, duos filios suos obtulit, Manasse & Ephraim. Quorum Manasse, qui interpretatur oblivio, significat Iudæos, qui oblitii sunt Dominum suum; de quibus dicitur: Oblitii sunt Deum qui salvavit illos. Ephraim autem junior, qui interpretatur ubertas: significat populum Christianam, qui ubertate gratiæ redundat. Hos quidem cum benedicere vellet Jacob, posuit Ioseph ad sinistram Ephraim, Manasse autem ad dexteram constituit: at ille cancellatis manibus, crucis mysterium præfigurans, translata in minore dexteram, majori sinistram superposuit, sicque crucis simili udo super caput eorum, Iudæis scandalum, populis Christianis futuram gloriam præfiguravit: senioremq; per crucis mysterium, sinistram factum de dextro, & juniorem dextrum de sinistro: quia Iudæis in nostram desertam labentibus, nos illorum gloriam adepti sumus, taliq; Sacramento majori populo Iudæorum præpositus est minor populus Gentium; ut de eisdem Patriarcha sic ait: Hic quidem erit in populum sedibus exaltabitur supra omnes. Animæ quæ ingressæ sunt cum Jacob in Ægyptum, septuaginta quinque, quod excepto Ioseph, & filiis illius, sexaginta sex animæ, quæ egressæ sunt de femoribus Jacob, & introierunt in Ægyptum, animas novem. Sciamus, in Hebræo pro novem esse duas, Ephraim quippe, & Manasse, antequam Jacob intrat Ægyptum, & famis tempus ingrueret, nati sunt de Afenath filia Putiphar in Ægypto, sed & illud quod supra legimus, Facti sunt autem filii Manasse, quod genuit concubina sua Machir, & Machir genuit Galaad, filii autem Essem fratris Manasse Sudala & Tahan, filii Sudala Medem additum est, siquidem id quod postea legimus, quia per anticipationem factum esse describitur: neq; enim legitur, illo tempore quo ingressus est Jacob Ægyptum, illa ætate erant Manasse & Ephraim, ut filios generare potuerint: ex quo manifestum est, omnes animas quæ ingressæ sunt Ægyptum, de femoribus Jacob fuisse septuaginta sex: posteaquam sunt ingressæ, repereunt in Ægypto tres animas, Ioseph videlicet, cum duobus filiis illius, septuagesimus autem ipse fuit Jacob; septuaginta autem in Deuteronomio dixerunt, quod in septuaginta animabus Iacob descendit in Ægyptum. Lucas autem in Actibus Apostolorum septuaginta animas posuit, ne videretur septuaginta interpretibus esse contrarius, cum magnæ auctoritatis non habeantur in isto tempore. Et ego dedi tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. Sic enim illi dat, quæ est Sichem, arcum & gladium, vocari iustitiam, quæ inierunt interfecto Sichem & Emor, liberari. Alii autem dicunt, per arcum iustitiam, per gladium laborem significati.

Iacob benedicit filios suos

Ruben primogenitus, tu fortitudo mea principium doloris mei, prior in domo, major in imperio, effusus sicut aqua, non crescat, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum illius. Est autem sensus hic: Tu es primogenitus meus major in liberis, & sedebas juxta ordinem natiuitatis tuæ, quæ primogenitis verè debebatur, sacerdotale accipere regnum. Hic quippe in portando honore, & pravalido robore demonstrat: verum quia peccasti, & quasi aqua quæ vasculo non tenetur, voluntatis effusus es in impetu, idcirco præcipio tibi, ut ultra non pecces. Sicq; in fratrum mimmo poenas peccati lugens, quod perdidit primogeniti ordinem; principium autem doloris est omnis primogenitus, quia pro eo commoventur primum viscera parentum. Simeon & Levi fratres, vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum ne veniat anima mea, & in coitu illorum non sit gloria mea, qui in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura, dividam illos in Iacob, & dispergam illos in Israel. Significat autem, non sui fuisse consilii, quod per Sichem & Emor fœderatos viros interficerent, contraq; in pacis tempore amicitiarum sanguinem fuderunt in nocē

re, & quasi quodâ furore sic crudelitate rapit, muros urbis everterunt. Unde dicit: Maledictus furor eorum, quia pertinax: & dispergam illos in Israel. Levi enim hæreditatem propriam non accepit, sed ex omnibus (exceptis paucis urbes ad habitandum habuit. De Simeon verò in libro Jesu scriptum est, quod funiculum Christum non accepit, sed de tribu Iuda quidem accepit. Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuæ in cervicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Iuda, ad prædam ascendisti filii mi regitescens accubisti ut leo, & quasi leona quis suscitabit illum? Quia Iuda confessio sive Iesus interpretatur, & sic scribitur Iuda. Constitutebunt tibi fratres tui, vel laudabunt te. Licet de Christo grande mysterium sit, tamen secundum litteram significat, quod per David stirpem generatur reges, & quod adorarent illum omnes tribus. Non enim ait, Filii matris tuæ: sed, Filii patris tui. Et quod sequitur: Ad prædam sui mi ascendisti: ostendit captivum populum reduciturum, & juxta intelligentiam sacratorem ascendit in altum, captivam duxisse captivitatem; sive quod melius putato, captivitas passionem, & ascensus resurrectionem significat. Alligans ad vineam pullum suum, & ad vitem suam asinum suam, quod videlicet pulli alina, cui superedit Iesus, hoc est, gentium populum vineæ Apostolorum, qui in Iudæis sunt, copulaverit: & ad vitem, sive ut in Hebræo habet, ad foreth, id est, electam vitem, alligaverit asinum cui superedit, Ecclesiam ex nationibus congregatam, quod autem dicitur, Filii mi, apostrophon, id est, repentina conversio ad ipsam Judam facit, quod Christus hic sit universa facturus. Quod autem dicitur, Sceptura de Iuda & aux de femoribus illius, donec veniet ille qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium, significat quod non defecerunt principes de Iuda, usq; ad tempus quo natus est Christus, qui missus à patre expectatio gentium, Isachar, a Iustus, fortis, accubans inter terminos, vidit requiem quod esset bona, & terra quod optima; & suppositi humeris sui ad portandis, factusq; est tributus serviens. Quia supra Zabulon dixerat, quod maris magni litora esset possessurus, Sidoneusq; & Phœnicem reliquas urbes contingeret; nunc ad mediterraneam provinciam redit, & Isachar, qui juxta Neptalim pulcherrimam in Galilæa regionem possessurus est, benedictione sua habitorem facit. Asinum autem fortem vocat, & humerum ad portandis quia in labore terra, & in vehendis ad mare, quæ in suis finibus nascebantur, plurimam laboraret, regibus quoq; tributa comportans. Ajunt autem Hebræi per Metaphoram, transformationem significari, quod Scripturas sacras die ac nocte medians, dedit ad laborandum studium suum: & idcirco illi omnes servant, quasi magistro dona portantes. Dan iudicabat populum suum sicut alia tribus in Israel. Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor illius verbi: Salutare tuum expectabo Domine. Sampson iudex Israel de tribu Dan fuit. Hoc ergo dicit, videns in spiritu, quod comam nutiret Sampson, & Nazareum cum cæteris hostibus triumphare, quod in similitudinem colubri reguliq; obhdens vias, nullum per terram Israel transire permitte: sed etiam si quis temerarius fuit virtute sua, quasi equi velocitate confusus, illum voluerit prædonis more populati, effugere non valeat; totum autem per metaphoram serpentis & equitis loquitur: videns enim Nazareum tam fortem, & quod ipse propter meretricem mortuus est, & moriens nostros occidit inimicos. Putavi o Deus, ipsum esse Christum filium tuum verum tam fortem, quia mortuus est, & resurrexit, & rursum captivus ductus est. Alius enim Salvator mundi mei generis prætolandus est, veniat, cui reposita sunt omnia, & ipse est expectatio Gentium. Gad accinctus præliabitur ante illum, & ipse accingetur retrorsum. Significat autem, quod ante Ruben & dimidiam tribum Manasse ad filios, quos trans Iordanem in possessionem dimisit, post quatuordecim annos revertens, prælium adversus illos Gentium viciniam reverens invenit, & victis hostibus, fortiter disticavit. Lege librum Iesu Navæ, & Paralipomenon, Neptalim cervus emissus, dans eloquia pulchritudinis sive Neptalim ager irriguus, utiq; enim significat Hebræum verbum anioala sylvæ. Significat autem,

quod

Tempus quædam Christi adventi ostendit

quod aqua calidæ in ipsa nascuntur tribu, live quod lacu Genesat fluente Jordanis fuit irriguus. Hebræi autem volunt propter Tiberiadem, quæ legis videbatur habere notitiam, agrum irriguum, & eloquia prophetarum pulchritudinis: cervus autem emisus, temporaneas fruges, & velocitatem terræ uberioris ostendit: sed melius, si ad doctrinam cuncta referamus: quod ibi vel maxime docuerit Saluator, ut in Evangelio quoque scriptum est. *Filius meus ad crescens Ioseph filius meus ad crescens. & decorus aspectus: filia decurrerunt super mare, & exasperaverunt illum. & iurgasti sunt, inviderunt, illi, habentes jacula. sed in fortitudine arcus illius, & dissoluta sunt vincula brachiorum illius, & manuum per manus potentes: Iacob inde pastor egressus est. Lapis Israel.* O huius Ioseph, qui tam pulcher es, ut te tota de muris & turribus ac fenestris puellarum ægypti turbæ prospiceret, invideant tibi, & te ad iracundiam provocaverunt: fratres tui, habentes livoris sagittas, & zeli jaculis vulnerati. Verum tu arcum tuum & arma pugnandi posuisti in Deo, qui fortis propugnator est: & vincula tua, quibus ligaverunt te fratres tui, ab ipso sunt soluta, & disrupta, & ex semine tuo tribus nascitur Ephraim, fortis & stabilis, & lapidis durioris injuncta, imperans quoque decem tribus Israel. *Benjamin lupus rapax: manè comedet prædam, & vespere dividet spolia.* Quod de Paulo manifestissima sit prophæta, patet omnibus, quod in adolescentia persecutus Ecclesiam, in senectute prædicator Evangelii fuit. Hebræi autem ita edisserunt, altare in quo hostiæ immolabantur, & victimarum sanguis ad basim illius fundebatur, in parte tribus Benjamin fuit. Hoc inquit ergo significare, quod sacerdotes mane immolent hostias, & ad vespertinum dividunt illa quæ sibi à populo collecta. Lupum sanguinatum, lupum voracem super altaris interpretationem ponentes te, spoliatum divitionem super sacerdotibus qui fervierunt altari, vivunt de altari. Hæc autem historice. Spiritualem autem, Ruben primoris populi videtur ostendisse personam, cui à Domino per prophetam dicitur: *Israel primogenitus meus*, etenim iuxta quod primogenitus debebat, ipse erat accipere sacerdotium, & regnum. Additur, *Tu virtus mea*: utique quia ex ipso populo fundamentum fidei, ex ipso virtus Dei, qui est Christus, adventit. Quomodo autem ipse sit principium dolorum, verè dam patri dolorum semper irrogaret injuriam, dum convertit ad illum dorsum, & non faciem. Iste prior in donis, quia ipse credita sunt primum eloquia divina, & legis factio, & testamentum, live promissio: ille major imperio, utique pro magnitudine virum, quia copiosus cæteris in hoc mundo idem populus regnavit. Estulus autem sicut aqua, peccando in Christo, quasi quæ vasculo non teneret voluntas effusus est in impetu; & idcirco addit, *Vltra non crescas*: quia ipse populus postquam univèrso mundo dispersus est, valde imminutus est. Sed quare talia meruit, ita subiecit, *Quia ascendisti cubile patris tui*. Hoc Judæi ad stuprum, quod Ruben cum Bala concubina patris sui commisit, referunt, quam hoc ad prophetiam magis pertinet: quia de futuris loquitur, sic enim ait, *Vt annuntiem vobis quæ futura sunt in novissimis temporibus*. Primogenitæ autem plebis audaciam prædicat, quæ ascendit cubile patris sui, & maculavit stratum illius: quando corpus Dominicum, in quo plenitudo divinitatis requievit, raptum in cruce suspendit, & ferro commaculavit, aliter thorum concubina polluit, quem ascendit: id est, legem veteris Testamenti, quam sæpè prævaricando maculavit. Quod autem lex veteris in concubina persona ponitur, Paulus docuit, dicens: *Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera: hæc sunt duo Testamenta. Moraliter quoque per Ruben, qui interpretari potest visionis filius, vel videte filium carnalem, hominem significat visibilem: quia etiam enim homo noster exterior corrumpitur, sed interior renovatur. Primo enim omnis homo in hoc mundo carnaliter vivit, & secundum carnem movetur, & primus est carnalis motus in concupiscentia libidinis, quæ cum primæ juventutis obfederit tempus, durum & temerarium simul & lascivum hominem reddit, ascendente super cubile patris, & pollutentem thorum paternum, id est, etiam præcepta & monita naturalis*

legis, quæ in nobis est, quam nunc pater noster nos dicit prævaricantes. *Simeon & Levi fratres, yasa iniquitatis bellantia.* Per Simeon & Levi, Scribæ & Pharisei & sacerdotes Iudaici populi intelliguntur. De Simeone Scribæ erant Iudzorum: de tribu verò Levi, princeps sacerdotum, qui consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent, & occiderent: de quo consilio dicitur, *In consilio illorum ne veniat anima mea*. Horruit enim tota scelera quæ in novissimis temporibus facturi erant Iudæi: quia in furore suo occiderent virum, id est, Christum; de quo dicitur: *Ecce vir, Oriens nomen illius*. Et alibi: *Famina circumdabit virum. Suffoderunt murum*, id est, spirituale murum firmissimum, qui custodit Israel. *Lancea confoderunt; maledictus furor eorum, quia pertinax.* Quando furore accens, & ira obulerunt Christus Pontio Pilato, dicentes: *Crucifige, crucifige. Et indignatio eorum, quia dura, dum Barrabam latronem peterent, & principem vitæ crucifigendum postulerent. Dixidam illos in Iacob, & dispergam illos in Israel.* Quia nonnulli ex ipsis crederent, quidam in infidelitate permanerent. Dicuntur enim diviti hi qui ab illis separantur, & venerunt ad fidem: dispersi autem, quorum patria, tempus, subverso per orbem terræ genus incredulum spargitur. Fortasse uti bñi Iacob, tres autem humanæ motus significant: concupisibilem, irascibilem, rationabilem. Concupiscentiæ speciem tenent Ruben, qui concubuit cum concubina patris sui. Secundam speciem iræ tenuit Simeon, quæ ipsa ex furoris illius de non ituratur opprobrio. Tertiã speciem rationis tenuit Levi, cui ecclesiæ legem servare commissum est. Hæc ergo species tres, videlicet omnis anima propriæ, quæ in hunc mundum venit, primus motus culpabiliter agere, donec maiorum ponderè prægravata, ad locum penitentia possit pervenire. *Iuda, se laudabunt fratres tui; per hunc enim Iudam verus confessor exprimitur Christus, qui ex illis tribu secundum carnem est genitus. Ipsum laudabunt fratres sui, Apostoli scilicet, & omnes cohæredes illius, qui per adoptionem filii Deo patri effecti sunt, & Christi fratres effecti per gratiam; quorum & ipse est Dominus per naturam. Manus tua in cervicibus inimicorum tuorum.* Iisdem manibus enim atque eodem crucis trophæo & suos texit, & inimicos & adversarios potestates curavit. Iuxta quod & pater promisit, dicens: *Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Adorabunt te filii patris tui: quando multi ex filiis Iacob adorant illum, per electionem gratiæ salvi facti. Catulus leonis Iuda, quando nascendo parvulus factus est: sicut scriptum est, *Parvulus factus est nobis. Ad prædam filii mei descendisti*, ascendens in cruce, captivos populos redemisti: & quos ille leo contrarius invadit, tu mortens eripuisti: denique rediens ab inferis, ascendisti in altum, captivam dixisti captivitatem: requiescens, accubuit ut leo. Manifestissime Christus incubuit in passione, quando inclinato capite tradidit spiritum: live quando in sepulchro securus, velut quodam corporis somno quievit. Sed quare ut leo, vel ut catulus leonis? In somno enim tuo leo fuit, quando non necessitate, sed potestate hoc ipsum implevit: sicut ipse dicit: *Nemo tollit à me Ecclesiam, sed ego pono eam*. Quod verò & ut catulus leonis: inde enim mortuus, unde & natus. Phisici autem de catulo leonis scribunt, quod cum natus fuerit, tribus diebus & tribus noctibus dormit: tunc deinde patris fremitu vel rugitu, veluti tremefacto cubilis loco, sulcitari dicitur catulus dormiens: quod valde convenienter de passionis morte aptatur in Christo, qui tribus diebus & tribus noctibus in cubili sepulchri jacens, somnum mortis implevit. Bene ergo Christus ut leo requievit, qui non solum mortis acerbiteratem non timuit, sed etiam in ipsa morte mortis imperium vincit. Quod autem dicitur, *Quis suscitabit eum*: quia nullus nisi ipse, iuxta quod ipse dixit: *Solvite templum hoc, & in triiduo suscitabo illud. Non deficiet dux de Iuda & Israel.* Hoc manifestissime ad Iudam refertur: tamdiu enim fuit ex femine illius intemerata apud Iudæos successio regni, donec Christus nasceretur: & hoc supra diximus. Alligans ad vineam pullum suum. Pullus suus populus est ex genibus, cui adhuc nunquam fuit legis onus impositum, hunc copulavit ad vineam*

Apostolorum, qui ex Iudæis sunt: nam vinea Domini Sabaoth domus Israel; & ad vitem afinam suam. Ipse enim dicit, *Ego sum vitis vera*: ad hanc ergo vitem alligat afinam suam, cui insuper sedet Ecclesia ex nationibus congregata. Hanc ad vitem corporis sui alligavit vinculo charitatis & disciplinæ Evangelicæ nexu, ut de imitatione illius vivens efficiatur hæres Dei. Alii autem hanc afinam interpretantur synagogam, tardigradam scilicet, & gravi pondere legis deprellam. *Lavit in vino stolam suam*, sive carnem suam in sanguine passionis, sive illam Ecclesiam illo vino quod pro multis effunderetur in remissionem peccatorum; & in sanguine *vivæ pallium suum*, pallium gentes sunt, quas corpori suo vinxit; sicut scriptum est: *Vivo ego dicit Dominus, nisi hos omnes induam sicut vestimentum. Pulchriores oculis ejus vino. Oculi Christi Apostoli sunt, & Evangelistæ, qui lumen scientiæ Ecclesiæ præstant, quorum præcepta austeritatem vini, id est, præcepta legis superant, quia longæviora sunt, et dentes lacte candidiores; dentes præceptores sunt sancti, qui præcipient ab erroribus homines, & illos qui in comedendo corpus Christi transmittunt. Candidiores autem effecti sunt doctores Ecclesiæ lacte veteris legis, qui validum verbi cibum mandant, atque distribunt: & bene candidiores dicuntur. Omnes enim qui Scripturarum cibos Ecclesiæ subministrant, candidi esse, & immaculati debent. *Zabulon habitavit in litore maris & in statione navium*. Zabulon interpretatur habitaculum pulchritudinis, Ecclesiam significat: hæc in litore maris habitat, & in statione navium, ut credentibus sit refugium, & periclitantibus demonstret Fidei portum. Hæc contra omnes turbines hujus mundi, id est, concussus firmitate solida, & expectat naufragium Judæorum, & hæreticorum procellas, qui circumferuntur omni vento doctrinæ: quorum etiam conditur fluctibus, non tamen frangitur. Pertendit autem usque ad Sidonem, hoc est, usque ad gentes. Legitur autem in Evangelio, inde assumptos aliquos Apostolorum & in ipsis locis Dominum sapè docuisse, sicut scriptum est: *Terra Zabulon, & terra Neptalim, populus qui sedebat in tenebris, vidit lumen magnum. Sidon interpretatur venator, sive venatrix. Venatores qui sunt, nisi Apostoli? qui, ut supra diximus, ex illis locis assumpti sunt, de quibus dicitur: *Miramini venatores meos, & venabuntur vos in omni monte. Moraliter quoque Zabulon, qui fluxus nocturnus interpretari potest, significat, quod postquam ad penitentiam per confessionem Iudas, id est, anima conversa fuerit, auferuntur ab ea, & desinunt omnia illa quæ gessit in nocte ignorantia, & extendit se usque ad venatores, ut & discat venari. Si quando fera aliqua, aut vulpes dolosa, id est, demones vel cogitationes maxime cor illius irrumpunt, & volunt exterminare vineam Domini Sabaoth, & apprehendat illos malarum cogitationum laudabilis venator effectus. *Isachar afinus fortis*. Isachar interpretatur merces: referunt ad populum gentium, quem Dominus populi sui pretio est mercatus. Hic Isachar aïnus fortis scribitur, quia prius populum gentilis quasi tributum & luxuriosum animal erat, nullaque ratione subsistens: nunc vero fortis, Redemptoris dominio collum mittens, & jugum disciplinæ Evangelicæ præferens. *Hic accubans inter terminos, vidit requiem quod esset bona, & terram quod optima*. Inter terminos autem cubare, est prætolando hujus mundi finem requiescere, nihilque de his quæ nunc in medio versantur querere, sed desiderare ultima. Et fortis afinus requiem & terram optimam vidit, cum simplex gentilitas idcirco se ad robur boni operis erigit, quia ad æternam vitam patriam tendit. Unde etiam *portavit humerum suum ad portandum*, quia dum ad promissam requiem pervenire desiderat, cuncta mandatorum honorabiliter portat. Unde & *factus est tribuitis serviens*, hoc est, regi & Christo fidei, bona opera, bonorumque operum munera offerens. Moraliter autem ostendimus, hominem qui tripartito animi motu, ut est totius animæ languore erraverit, quoad per concupiscentiam. Ruben etiam, Simeon & Levi, prudentiam non rectè directam significare posse distinximus: sed hic jam ab errore invidia ostendimus penitentem, & in Zabulon ex multa magnaque parte ad penitentiam conversum. In***

Isachar.

Isachar vero, qui omni in loco merces interpretatur, videmus illum mercedem boni operis expectantem: quia ipse non solum abjecit omne malum, sed etiam desiderat sive optat semper omne bonum; & inter terminos medius habitat, sive requiescit, nec ad dextram nec ad sinistram declinans. Vidit autem quia bona, & terram quia optima. Postquam autem carnis & spiritus pugnam dispulit & excludit, requievit spiritus illius in Deo: & tunc vidit terram quia bona est, quando carnem suam à vitibus & concupiscentiis expugnabat: & quando differt fructus iustitiæ in operibus bonis, suppositum humerum suum ad portandum. Et factus tribuitis serviens, cum onus illud Evangelicum admodum leve humeris animæ porteret, & reddidit Deo. *Dan iudicabit populum suum, sicut alia tribus in Israel*. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, & reliqua. Dicunt quidam, Antichristum per hæc verba prædici de ista tribu futurum: alii de Juda, a quo traditus est Dominus, hæc pronuntiant: & equitem & equum Dominus cum carne suscepta designare volunt. Retrosum autem cadere, ut in terram, unde assumptus est. Sed quod die tertio surrexit, idem ait: *Salutare tuum expectabo Domine: non relinques enim, inquit, in inferno animam meam, nec dabis semen tuum videre corruptionem*. Alii autem, ut prædiximus, hanc prophetiam ad Antichristum transferunt, pro eo quod hoc loco Dan & coluber alteritur, & mordens. Et quod primus Dan inter tribus Israel ad Aquilonem castrametatus est, illum significat, qui se in lateribus Aquilonis sedere dicit, & de quo figuratiter Propheta dicit: *A Dan auditus est frenum equorum ejus*, qui non solum coluber, sed etiam cerastes vocatur. Cerasta enim Græcè cornua dicuntur. Serpens ille cornutus esse perhibetur, per quæ dignè Antichristus alleitur, qui contra vitam fidelium cum mortu permissa prædicationis armabitur etiam cornibus potestatis. Quis autem nesciat, semitam angustiorē esse, quam viam? Fiat ergo coluber in via, quia in præsentis vitæ latitudine illos ambulare provocat, quibus quasi parcendo provocat: non blanditur, sed mordet, scilicet illos, quibus libertatem tribuit, errorem sui veneno consumit. Fir iteram cerastes in semita, quia quos fideles reperit, & lese inter angusta itinera præcepti cœlestis contingere videt, non solum nequitia callidæ persuasionis impetit, verum etiam terrore potestatis perimit, & in persecutione angore post beneficia fidei dulcedinis, exercet continua potestatis. Qui in loco equi, insinuat hunc mundum, qui per elationem suam in cursu labentium temporum spumat. Et quia Antichristus extrema mundi apprehendere nititur, cerastes iste equi ungulas mordere perhibetur. Ungulam quippe mordere, est extrema hujus mundi feriendo contingere. *Ut cadat ascensus illius retro*. Ascensor equi ejus, quisquis in dignitatibus hujus mundi extollitur, qui retro cadere dicitur, & non in faciem, sicut Paulus cecidisse memoratur. In faciem autem cadere, est in hac vita unumquemque suas culpas cognoscere, easque penitendo desistere. Reto vero, quo non videtur cadere, est ex hac vita repente decidere, & quod ad supplicia ducatur ignorare. Et quia Judæi erroris sui laqueis capti, pro Christo Antichristum expectant; bene Jacob eodem loco repente in electorum numerum conversus, dicit: *Salutare tuum Domine expectabo*: sicut fideles, non Antichristum, sed illum qui in redemptionem nostram venturus est, verum Christum credam fideliter. Moraliter quoque potest intelligi ille qui jam dudum Misachar profectus dicitur, & in mandatis requiescere, atque animæ suæ agricolam factum nunc jam ad hoc proficere ut Judam discernendi & iudicandi populum suum, id est, cogitationum cordis sui intelligentiam sumplerit, tanquam una tribus Israel, i. omnia in unitatem atque concordiam revocare: ut cogitationum in illo sit nulla dissensio, fiatque idem coluber, iuxta præceptum Domini, dicentis: *Esse prudenstis sicut serpentes*. Prudenter autem agere nos debemus in vita hujus mundi, nec ad dextram nec ad sinistram declinamus: neque per latam viam incedamus, quæ ducit ad mortem, sed per angustam, quæ ducit ad vitam. Ad hoc enim additur, cerastes in semita: angustior est enim semita quæ

via.

via. Mordeat equi calcaneum, faciens quod Apostolus ait: *Macerō corpus meum, & reliq.* Hæc autem facit, ut cadat eques retrorsum. Ille enim talis semper elationis & altitudines metuit, & mavult animam suam cadere de mala altitudine ad bonam humilitatem, ut dicat à Christo, qui dicit: *Discede à me quia mitis sum, & humilis corde.* Si ergo revocat animam de altitudine retrorsum, post humilitatem Christi rediens salutem expectat à Domino. *Gad accinctus præliabitur ante eum.* Ille Gad accinctus personam Domini exprimit, qui in primo adventu humilitatis suæ ante adventum Antichristi præliandum occurrit, accinctus gladio verbi Dei. de quo dicitur: *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.* Quo utique inimicos dividit, id est, filium à patre, & filiam à matre, & reliqua. *Non veni, inquit, pacem mittere, sed gladium.* Quod autem ait: *Et ipse accingetur retrorsum:* charitas Domini in secundo adventu ostenditur, quia cum venerit Antichristus, item occurret post illum vestigia Christus celeri adventu, ut illum in certificat spiritu oris sui, undè & Gad la runculus interpretari potest: & quod posterior, i. serus, species quasi la runculus improvise adventu exiliat. *Sicut enim, inquit, fur in nocte, ita Christus.* Ergo ante Antichristum in hunc post illum majestate occurrit. Moraliter quoque homo noster, quem supradictis modis aliquantulum profecisse descripsimus, necesse est ut adveniat, ut tentetur ab inimico, ut propoliti constantia probetur: quia *Vir intentatus non est probabilis.* Antè & retrò accingamur, ut ea quæ facta sunt & futura diligenter attendantur. *Aser, pinguis panis illius, & præbet divitias Regibus.* Aser, cujus nomen significat divitias, idèò Christus est, quia altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ illius innumera est: quia pauper pro nobis factus est, ut dives esset. Cujus panis pinguis factus est: caro scilicet illius, quam hi quis manducaverit, non morietur in æternum. Idem etiam præbet delicias sapientiæ Regibus, his scilicet, qui sensus proprios benè regunt, & ita corpora in servitute redigunt. Quidam hoc de Aser ad Annam Prophetissam, filiam Phanuel referunt, quod cum Simone de Christo prophetans, multas præbetit delicias Regibus, i. Apostolis, & cæteris sanctis. Moraliter quoque Aser, qui beatus interpretatur, fortasse ille est, quem ab errore ad penitentiam revocatum, paulatim per singulos gradus usque ad beatitudinis incrementa perduximus: cujus post conversionem, post intelligentiam spirituale, post tentationem & victoriam pinguis est panis. Addit enim illum panem, qui de cælo descendit, & dat vitam huic mundo, & ille cujus jam pinguis panis est, etiam delicias Regibus dabit, non pauperibus aut insipientibus, sed Regibus: sapientiam enim loquimur ad perfectos, *Neptalim*, quod interpretatur dicatario, Apostolos & prædicatores sanctos significat. Quorum doctrina in altitudine diffusa est istius mundi: & Apostoli ex hac tribu plerique fuerunt. Dicitur autem *Cervus emissus*, quia nimirum Apostoli vel prædicatores veloci saltu exilientes, in modum cervorū transcendentur implicamenta: ac excelsa ac sublimia meditates dant eloquium pulchritudinis, prædicantes universis gentibus doctrinam Salvatoris. Moraliter quoque homo noster interior, qui paulò antè pane pingui vescebatur, qui scilicet panis confirmavit cor hominibus, non incongruè cervus emissus dicitur, quia omnia terrena despiciens more cervorum in excelsis pascitur: totumque thesaurum in cælo collocat, ubi juxta Evangelium, erugo & tinea non demolitur. Et tunc *eloquia pulchritudinis*, i. contemplationis supernæ documenta profert. *Filius accrescens Ioseph, utique in Gentibus, qui quom ob incredulitate in synagoga reliquisset, plebem sibi innumeram ex gentibus congregavit.* De hoc David dicit: *Convertentur ad Dominum universi fines terræ.* Sequitur: *Decorus aspectus:* victoriam enim omnes illius pulchritudo, de quo dicitur: *Speciosus forma præ filiis hominum.* *Filius decurrit super murum*, id est, generatio vel Ecclesiæ quæ crediderunt in Christum. Hæc super soliditatem fidei, quasi super murum amore pulchritudinis Christi ascensuræ dicitur, ut verum sponsum per contemplationem aspiciant, & osculo charitatis

illi copulentur. *Sed objugati sunt illum*, quando falsis testimonii calumniantes, tantum Domini opprimere synagogæ populi cogitaverunt, *Inviderunt illi habentes quoque jacula.* Neque enim quisquam in Ioseph coniecit sagittas, vel aliquod vulneris telum. Sed hoc specialiter in Christum evenit, *sed in forti illius arcus:* Christus arcum suum & arma pugnandi posuit in Deo, cujus virtute confringitur omnis nequitia perfidorum. *Et dissoluta sunt vincula brachiorum ejus*, quibus fratres illum victum ad Pilatum duxerunt, vel quibus illum in ligno suspensum crucifixerunt. *Rescissa sunt enim per manum potentis Iacob, id est, Dei Iacob*, ex cujus semine ipse Dominus, bonus pastor egressus est, *lapis & firmatas credentium in Israël.* Deus patris tui erit adiutor tuus. *Quis adjuvit Filium? nisi Deus Pater, qui in unitate unum sunt.* Sed pro persona corporis dicitur, quod auxilio divino indiguit, sicut in Evangelio dicitur: *Apparuit illi Angelus de cælo confortans eum: benedictionibus cæli de super, benedictionibus abyssi jacens deorsum.* Univerfa enim subjecit ei, cælestia per benedictionem cæli, & terrena per benedictionem abyssi, ut angelis & hominibus dominaretur: benedictionibus uberum, sive duorum Testamentorum, quorum altero nuntiatus est, altero demonstratus est: sive benedictionibus uberum Mariæ. Undè & illa mulier in Evangelio ait: *Beatus venter qui te portavit, & ubera que suxisti.* *Benedictionibus uberum & vulva.* Hic benedicitur vulva ejus matris, quæ utique virginalis nobis Dominum edidit: *Benedictiones patris tui confortata sunt benedictionibus patrum servorum tuorum.* Ultra omne enim meritum sanctorum Patriarcharum sive Prophetarum, convaluit benedictio patris in filio. Patris, ita ut ei nullus justorum adæquetur, donec veniret desiderium collium æternorum. Colles æterni facti sunt, qui Christi adventum prophetantes, cum magno desiderio incarnationem illius expectaverunt, de quibus Dominus dicit: *Multi Prophetæ & iusti cupierunt videre que vos videtis.* Hi ergo quasi sunt colles, propter excellentiam sanctitatis; qui etiam vocantur æterni, quia vitam consequuntur æternam. *Fiant in capite Nazarai*, de quo scriptum est: *Quoniam Nazareus vocabitur.* Idem & Ioseph secundum Ægyptiorum scilicet linguam, salvator mundi inter fratres, inter sanctos quos ipse fratres vocat. Moraliter quoque is, qui fidei profectu, & supradictis gradibus in tantum creverit, ut usque ad invictam adversarios provocet, non immeritò dicitur ad crescens: & non seruel, sed bis ad crescere pronuntiat. In fide enim & opere, omnis perfectus crescit; & decorus dicitur, quia illa jam pulchritudo, in qua naturaliter factus est, in eo renovatur. Ob quam pulchritudinem filia illum de muro viderunt, ac desiderant. Sanctæ utique animæ super murum fidei fundatæ, perfectionem illius cupiunt videre & imitari: sed exasperaverunt talem sanctum demones, habentes ignita nequitia jacula. Parant enim sagittas suas, ut sagittent in obscuro rectos corde. Sed in forti arcus illius, in divinis scilicet profectibus arcus virtutis illius positus, ex quo jam arcus sagittas orationum suarum ad persequendos inimicos emittit: & dissoluta sunt vincula, quibus illum inimici ligari cupierunt, per virtutem Dei Iacob. Et tunc incipit pastor esse animarum, & in modum durissimi lapidis non vincitur. Deus enim patris illius, id est, justorum præcedentium, qui spiritualiter nobis patres, adiutor est uniuersique sancti, cui hoc promittitur: *Et Omnipotens virtutibus abundare illum facit benedictionibus cæli de super, & benedictionibus abyssi jacens deorsum.* Contemplatione enim cælestium fatiatur, & intelligentiâ Scripturarum, quas non immeritò propter sacramentorum obscuritatem abyssum vocat: & sicut per cæli benedictionem sanctis promittuntur æterna præmia, sic per benedictionem abyssi prædicantur illi, in præsentis seculo nonnulla solatia. *Benedictionibus uberum & vulva.* Constat enim esse Apostolica ubera, è quibus recentes adhuc in fide, ac veluti parvuli percipiunt, ut ad perfectiorem cibum prædicationis perve-

nianr. Unde dicit Apostolus: *Lac vobis potum dedit, non escam*; habens videlicet verba duorum Testamentorum, vel dilectionem Dei & proximi. Hęc Ecclesia spirituale vulvam, quę non solum pariat filios: sed etiam forte declinaverint a via veritatis, iterum parturiant. *Benedictiones patris tui confortata sunt benedictionibus patrum tuorum.* Pater noster est, cui dicimus: *Pater noster qui es in caelis*, qui elevans manus in Bethania, per benedictionem Apostolorum nos benedixit. Patres autem sunt Christi Patriarchę, de quibus Apostolus ait: *Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, quorum divinationibus & benedictionibus unusquisque in Ecclesia utitur.* Donec veniret desiderium collium aeternorum. Tunc veniet desiderium sanctorum, cum juxta Apostolum ibunt obviam Christo: & sic semper cum Domino erunt. *Fiant in capite Ioseph Nazarai*, sicut supra diximus, unusquisque, in cuius vertice, i. mente maneat benedictiones supra dictę. Sicut enim Apostolus inquit: *Homo noster exterior corrumpitur, interior autem renovatur de die in diem.* Benjamin lupus rapax. Quod autem prophetat de Paulo Apostolo, sicut supra diximus. Quidam autem ad urbem Hierusalem referant, quę in tribu ejusdem Benjamin sita est. Nam sicut Benjamin benedictionem ultimam consequitur, ita & populus Hierusalem ultimus est salvandus. *Cum enim plenitudo gentium intraverit, tunc omnis Israel salvus erit.* Lupus rapax dicitur, quia ipse populus effudit sanguinem Prophetarum. *Mane comedit pradam*, mane illud tempus significat, quo legem accepit: tunc enim mundo prima illuminatio scientiæ data est. *Comedit autem mane*, quia legem quam accepit, edit adhuc & meditatatur, scilicet sequens legem iustitię, quam præcipiens præcunctis quasi prædam manducans, ad legem fidei non pervenit. *Advesperum autem dividit spolia.* Vespera est illud tempus novissimum, quo convertentur. Tunc ergo videt, & tunc intelligit dividendam esse literam a spiritu, & tunc cognoscit: *quia litera occidit, spiritus autem vivificat.* Et tunc incipit facere, quod tota die meditans, ante non fecit. Moraliter quoque nihil aliud occurrit, nisi quod perfectus ille homo, quem supra diximus, in Benjamin lupus rapax regnum celorum diripit. *Vim enim parit regnum celorum, & violenti rapiunt illud*, & illa quę in lege & in Prophetis, & in Evangelio legerat, velut esurians & rapax invadit. Et quom in hoc tempore, velut in matutino hanc prædam diriperit, adveniente mortis vesperā incipit dividere spolia, hoc est, diversis laboribus incipit diversa præmia possidere: quę postquam inimicos prostravit, veluti jam victor haberi merebitur. Cur autem Jacob omnes quos genuit de liberis & ancillis, æqualiter honorificavit? nil ut ostenderet, quod Dominus Jesus Christus omnibus gentibus regna celorum æqualiter tribuit. Non enim distinctio Judæis a Græcis, aut servus, aut liber, quia in omnibus Christus.

EXPLANATIO IN SECUNDUM LIBRUM MOYSIS, QUI HEBRAICĒ Vellesemoth, Græcĕ autem Exodus dicitur.

CAPUT PRIMUM.

Hęc sunt nomina filiorum Israel. Hęc sententia Eisdę Prophetę ab aliquibus dicitur usque lxx. & principium voluminis: *Ioseph autem erat, & reliqua.* Et titulus hujus voluminis Ioseph, quod dicit: *De Aegypto vasa aurea, usque Moyses*; unavix quadragesima dies, & quadragesima noctes. Titulus autem hic radix verbi potest dici. Verbum autem, volumen usque ad finem, Mos est Scripturę divinę radicem verbi plantare, antequam indicat mysteria. Jacob etiam filiorum suorum dicitur radix, filiique plebis: sic Christus Apostolorum radix est, Apostoliq; omnium credentium. Hęc autem sententia Evangelicam sententiam significat, quę dicitur: *Hęc sunt nomina duodecim Apostolorum.* Sed hęc est præterea recapitulata sententia, quę in

Mos Scriptura.

Genesis nominata sunt, quę nunc hic nominantur. Quę denominatio in Genesis, & hic in Exodo significat duodecim Prophetas in veteri, & duodecim Apostolos in novo Testamento. Idcirco verò filii Israel hic primò dicuntur ante suum patrem: quia illis plebs propior erit quàm Israel. Hic autem liber vitę dici potest, quo etiam totus canon vocari vocabulo dicitur, quorum nomina scripta sunt in libro vitę. Quod Patriarchis in Pentateuco, & Apostolis in Evangelio. Israel autem vir fortis, quod in his, quibus hoc convenire dicitur, i. nativitate, vel in primogenitis, & in benedictionibus, Christus significat in resurrectione fortem, & vincendo diabolum in tentationibus, & solutione inferni. Ioseph verò in Ægyptum ad Jacob cum filiis suis, Christi significat Apostolos suos in hunc mundum præcedentes. A Ruben verò usque a Sacer, ordo narrandi intelligitur. Quatuor enim ordinibus Patriarchę numerantur. Primò, nativitatis, ut in Genesis, ubi illorum nativitas narratur. Secundò, benedictionis. Tertiò, libertatis, ut erga tabernaculum fuerunt. Quartò, narrando, ut hic in Exodo, qui tres supradictos non observat. Quę tres ordines Apostolis conveniunt: primò, nativitatis, i. vocationis a Christo, ut Petrus & Andreas. Secundò, libertatis, ut de Petro dicitur: *Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.* Tertiò, benedictionis, ut Joanni in præmiis. Quartò narrandi, i. quomodo unque commixtim numerantur. Quod autem dicit: *Singulis cum damibus suis*, pro animantibus intelligendum est, ut pro viris ac mulieribus, quod mysticę Apostolus cum Ecclesijs suis significare dicitur. Quodq; dicitur: *Introierunt ad angustiam*, secundum alios pertinet, ut est: Post multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Post omnium lxx. animarum cum Jacob introierunt in Ægyptum, septuaginta discipuli ad prædicandum verbum Dei in totum mundum mittuntur. Animarum autem descendisse dicuntur, siquidem in usu est animas pro hominibus appellari. Illa sunt animę quę egresse sunt de femoribus Jacob. Ego non puto quod quilibet possit hominum animam gignere, nisi quis forte talis sit, qualis ille qui dicitur: *Nam in Christo Iesu per Evangelium, ego vos genui.* Tales sunt quę generant animas, sicut audi dicit: *Filios, & iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.* Alii enim hujusmodi generationis curam aut nolunt, aut nequeunt habere. Denique Adam sic dicit: *Os de osibus meis, & caro de carne mea*, & non anima mea: sed per hoc videtur, quę de terra sunt, sua esse profiteri: non audere verò dicere sua esse, quę scit de terra non esse. Sed & Laban a diabolo sic dicit: *Quoniam os meum & caro mea est*, amplius non addidit, nisi quod terra consanguinitas agnoscit. Alia est animarum generatio, quę vel Jacob descendenti in Ægyptum sociatur, vel ceteris sanctis sub enumeratione mysticę posteritatis ascribitur. *Mortuo autem Ioseph filii Israel creverunt, & invenerunt nimis.* Postquam verus Ioseph pro omnibus gullavit mortem, multiplicatus est fidelium populus. Nis enim granum frumenti cecidisset, & mortuum fuisset, non utiq; Ecclesia fructum plurimum protulisset. Moraliter quoque & in te, si moriatur Ioseph, si mortificationem Christi in corpore tuo suscipias, & mortifices membrum tuum peccato, tunc in te multiplicentur filii Israel, id est, sensus boni & spirituales. Quotidie enim morientibus vitis in te virtutum numerus augetur. Et in terra multiplicaris, in tua scilicet carne, per quam virtutes administrantur. Sequitur: *Surrexit alius rex.* Primò videndum est, quis iste rex, qui sciebat Ioseph, & quis est qui nesciebat. Quamdiu ergo rex noster, i. spiritus mentis nostri tenet memoriam Ioseph, i. Christi. Hujus enim meminit rex in Ægypto, i. spiritus noster in carne nostra, quę Ægyptus non inconvenienter dicitur. Non affliguntur filii Israel, rationabiles scilicet sensus vel virtutes, es nec luto & latete consumuntur, terrenis scilicet, nec masculi necantur, opera jam perfecta. Si verò sensus nostri nescierint Ioseph, tunc sapientia carnem, quę inimica est Deo, succedit in regnum, & alloquitur genitricem suam, corporeas scilicet, voluptates, & vocatis ducibus vitiorum inquit consiliū contra Israel, quomodo opprimatur supra dictis malis. Er tu ergo, qui

hęc